Ayuntamiento de Madrid

A
4096

1 - 10

Ayuntamiento de Madrid

# MARTYROLOGIVM REVEREN. DOMINI FRANCISCI MAVROLYCI ABBATIS MESSANENSIS:

*Multo quàm antea purgatum, & locupletatum.*

In quo addita ſunt Ciuitatum ac locorum nomina, in quibus ſancti Martyres paſſi ſunt: atq; eorum corpora in preſentiarum requieſcunt.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, Apud Iuntas.

M[redacted]LXX.

Ayuntamiento de Madrid

# ILLVSTRISS. AC REVEREN. D. D. Marco Antonio Amulio. S. R.E. ſub titulo Sancti Marcelli Cardinali ampliſſimo.

*Franciſcus Maurolycus Abbas Meſſanenſis.* S. D.

CVM his annis præteritis, Reuerendiſſime præſul, ne
ocio torpeſcerē, ſed pro uirib. aliquid in domini Ga
zophylatium mitterem, Martyrologio emendando,
quandoq; operā dediſſem: Animaduerti in primus,
quatuor eius opuſculi pcipuos nominari authores.
Horū princeps perhibetur, D. Hieronymus, qui petentib. Chroma
tio & Heliodoro epīs, martyrū natales per anni Romani dies di
ſtribuiſſe creditur, ſicut ex dictorū præſulum ad eum data Epiſto
la, & eius ad illos reſponſione conijcere poſſumus. Hunc ſecutus
Beda presbyter, Anglicus uenerabilis, tempore Sergij, ac ſequen-
tū pontificū, Flori cuiuſdā tractatu luculēto adiutus, fertur codicē
locupletaſſe, atq; opportunis additionib. īſtauraſſe Nec mouet me,
ꝙ huius præfationē aliqui Auguſtino aſcribunt, & de D. Hiero
nymi proœmijs ſimiliter ambigūt. Satis. n. eſſe dēt cōis opinio, atq;
Vſuardi & Odonis teſtimoniū. Vſuardus. n. monachus diligentiſ
ſimus Caroli Magni Imper piiſſimi hortatu, ut ipſe in epiſtola fa
tetur, quæcunq; in eo libello a D. Hieronymo, ac Beda & Floro
tradita recepit, affatim ſuppleuit, ac in ordinem congruum digeſ
ſit. Succeſſit his quartus, Odo Treuerenſis antiſtes, qui tpe Leo-
nis VII Papæ, ut ipſe in ſuo Prologo indicat, uiſis, quæ ex Flori
& Bedæ ſtudio perlegerat, nactus præterea uetuſtum exemplar
ex Aquileia miſſum, multa in melius redegit, & hiſtorias quaſ
dam longiuſculas in Compendium, quo infirmorib. ſatisfaceret,
confecit. Vſus tamen Eccleſiæ Romanæ, ut ego conijcio, Vſuardi
Breuiarium, utpote, quotidianæ lectioni magis congruum reſum
pſit. &, quoniam ita conſuetudo inoleuit, ut in Eccleſijs cathedra
lib. & monaſticis collegijs, recepto iam ſtatuto, ea lectio poſt Pri



Ayuntamiento de Madrid

mam, in Choro recitetur, ut. ſ. pridie noteſcat, quidquid poſt[illegible]
ſperas celebrandũ ſit; idcirco factũ eſt, ut diuerſi homines, nunc
addẽtes nũc imutãtes, dũ peculiarib. potius memorijs, quam Ec
cleſiæ uniuerſalis decoro attẽdũt, ordinẽ oẽm turbarũt. Quare cũ
libellus ipſe poſt p̃cipuos authores per tot Scriptorũ manus, per
tot Impreſſorum typos tranſierat: fieri non potuit, ne cum ignorã
tia, tum negligẽtia innumeris mendis uitiaretur, quæ in proprie
tã locorũ, quam hominũ uocabulis frequenter admittuntur. His
ego conſyderatis, cũ Martyrologium, quod circumfertur ĩpreſſum,
cũ plurib. manuſcriptis ac uetuſtis exemplarib. contuliſſem, mul
ta paſſim correxi. Nã pleraq; ꝓpria prouinciarũ, urbiũ, fluuiorũ
aut montiũ, & ipſorũ ẽt virorũ nomina corrupta legebantur.
Alicubi principũ aut p̃ſidũ nomẽ adieci, ut tp̃s dignoſceretur.
Nonnullorum confeſſorum aut martyrũ memoriã, iam ab eccle
ſia receptã ſuppleui, utcunq; per dignas fide hiſtorias noteſcere po
tuerint. Itẽ & nonnullas hiſtoriarũ aut paſſionum circonſtan
tias ita coaptaui, ut lector non ſolum feſtorum Ephemeridẽ, ſed
ẽt geſtorum Epitomen habere ſe iactaret. Ad hæc multum mihi
contulit quædã Primi Cabilunenſis epĩ Topographia, qui centeſi
mo ferè ab hinc anno uixit. Quæ olim cũ Geographia Ptolomæi
conſueuerat imprimi, atq; Romæ bis aut pluries impreſſa eſt. Vi
ſum aũt ſuit mihi opportunũ, eã huic ſubnectere Martyrologio,
tum pp̄ correctionis teſtimonium, tum pp̄ Sanctorum quorun-
dam quorum dies ignoratur, notitiam. Subiunximus his quædã
in prophetarum, Apoſtolorum, & diſcipulorum uitas Argumen
ta. Itẽ non nulla reliquiarũ loca. Itaq; ſi hactenus Martyrologiũ
incorrectum legebatur & legitur; Iam deinceps correctum &
inſtauratum legi tutius poterit. Adiecimus Vſuardi & Odonis
epiſtolas antea omiſſas. Hortabantur me complures religioſi
uiri, ut correctionem hanc ederem, ac labore meo cæteris prodeſ
ſem. Hortatus eſt ſæpe D. Franciſcus Marullus Canonicus, at-
que Protonotarius apoſtolicus primi ordinis & concius noſter.
Hic fiduciam mihi præſtitit, ut tibi lucubrationem iſtanc dica-
re auderẽ & a te receptam cæteris placituram non deſperarẽ.
[illegible]aua. 14. Iulij. M D LXIIII.

Ayuntamiento de Madrid

# MARTYROLOGIVM AD VSVM Romanæ curię correctum & inſtauratum.

Cum quatuor perhibeātur authores Martyrologij ſcilicet B.Hieronymus, poſcentib. Chromatio, & Eliodoro Epis. Beda presbyter, uſus tractatu Flori: Vſuardus monachus, hortante Carolo magno. Et Odo Treuerēſis Epiſcopus inſtauratores operis antea compoſiti: Iam eorum epiſtolas, quales inueniūtur in prima libelli fronte uidere licebit.

## EPISTOLA CHROMATII, ET HEliodori Epiſcoporum, ad B. Hieronymum.

*Domino ſancto fratri Hieronymo Chromatius, & Heliodorus Epiſcopi Salutem.*

CVm religioſisſimus Auguſtus Theodoſius, Mediolanenſem urbē eſſet ingreſſus, uniuerſosq; Italiæ ēpos ad ſe inuitaſſet, & cauſam aliquot Ēporum, qui ex Arriana fęce ſuas animas inquinaſſent, inqreret, contigit, & noſtram paruitatem in eodē adeſſe Concilio. In quo, cū dicēda dicta eſſent, & diffiniēda diffinita; cępit Chriſtianisſimus, Princeps ſanctū Gregoriū Cordubēſis eccleſiæ in eo pferre Antiſtitē, qp oī die, ſiue nō ieiunans matutinas, ſiue ieiunās ueſpertinas explicans miſſa, eorum martyrum, quorū natalitia eſſent, plurimorū nomina cōmemoraret. Factūq; ē, ut oēs pariter ſtatueremus ad tuam ſcriberē charitatē, ut famoſisſimos feriales ex Archiuiis s.Euſebii, Cæſareæ Paleſtinę Ēpi iquirēs, Martyrū ad nos dirigas notata feſta, ut posſimꝰ hoc offiiciū p tuā ſctām induſtriā in melius, pfectiusq; in honorem Dei Optimi Maximi Martyrib. exhibere.



Ayuntamiento de Madrid

# B. HIERONYMI AD EOSDEM RESPONSIO.

## Chromatio, & Heliodoro ſanctis Epiſcopis, Hieronymus presbyter S.

*Conſtat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum omni die Martyrum ſuorum triumphos excipere, quorum paſsiones à ſancto Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo ſcriptas comperimus. Nam Conſtantinus Auguſtus, cum Cæſaream fuiſſet ingreſſus,& diceret memorato Antiſtiti,ut peteret aliqua beneficia Cæſarienſi Eccleſiæ profutura, legitur reſpondiſſe Euſebius, opibus ſuis Eccleſiam iam ditatam, nulla petendi beneficia neceſsitate compelli. Sibi tamen deſiderium immobile extitiſſe, ut quidquid in Republica Romana geſtum ſit, erga ſanctos Dei iudices,iudicibus ſuccedentes,in uniuerſo Orbe romano ſolicita perſcruſatione monumenta publica diſcutiendo, perquirerent. Et qui Martyres, a quo iudice, in qua Prouincia, uel Ciuitate, quaue die,qua perſeuerantia paſsionis ſuæ obtinuerint palmam, de ipſis Archiuis ſublata, ipſi Euſebio regio iuſſu dirigerent. Vnde factum eſt,ut idoneus relator exiſtens,& eccleſiaſticã hiſtoriam retexuerit, & omnium penè Martyrum. Prouinciarum Imperii Romanorum trophæa diligens hiſtoriographus declararet. quatenus omni die ſacrificium Deo offerentes, eorum nomina meminiſſent: memores, quid die ipſo, quo ſacrificium offertur, uictores diaboli extitiſſent,& Martyrii ſui triumpho pollentes, atque ouantes ad regem ſuum perueniſſent Chriſtum. Hac de cauſa ſingulorum menſium, ſingulorumque dierum feſta conſcripſimus,ut uidere dignabimini, perennẽ paruitatis noſtræ memoriam fore credentes. Cum diebus omnibus, per tot annorum ſpacia, ſancta ſanctorum nomina fuerint feſtiuè celebrata. Et quoniam*

per

per ſingulos dies, diuerſarum Prouinciarum, diuerſarumque Vrbium, plurium quam centum octoginta quinque millium martyrum ſint nomina nominata, vt nullus dies ſit, qui non intra quinque millium numerum reperiri poſſit aſcriptus, excepto die Kalendarum Ianuariarum: Idcirco conſyderans inter innumerabiles turba lectoris animum intra vnum menſem poſſe laſſeſcere, ne id eueniat, breuiter, & ſuccinctè eorum, qui ſunt in ampliſſima feſtiuitate, in ſuis locis tantum, pro omnibus memoratis proſecutus ea ſum; vt, amputato faſtidio, vnus de omnibus ſufficiat libellus aſcriptus. Sanè in prima parte libelli omnium beatorum apoſtolorum feſta conſcripſimus, vt dies varij non videantur diuidere, quos vna dignitas apoſtolatus, in cœleſti gloria fecit eſſe ſublimes.

## PRAEFATIO BEDAE PRESBYteri, quam nonnulli beato Auguſtino adſcribunt.

Feſtiuitates Sanctorum Apoſtolorum, ſeu Marytrum, antiqui Patres in venerationis myſterio celebrari ſanxerunt, ad excitandam imitationem: & vt meritis eorum aſſociemur, atque orationibus adiuuemur, Ita tamen, vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum ſacrificemus; quatenus in memoria Martyrum conſtruamus altaria. Nemo enim Antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari dixit, offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, ſed quod offertur, Deo offertur, qui Martyres coronauit; & apud memorias eorum, quos coronauit; ut ex ipſorum locorum amore maior affectus aſſurgat, ad augendam charitatem, & in illos, quos imitari poſſemus, & in illum, quo adiuuante poſſumus. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo in hac uita coluntur homines ſancti Dei; quorũ cor ad talem pro euangelica ueritate paſſionem paratum eſſe ſentimus; ſed illos tanto deuotius, quantò ſecurius, poſt incerta omnia ſupera-



Ayuntamiento de Madrid

*ta, quos etiam fidentiori laude prædicamus, tam in uita fœliciore uictores, quàm in iſta adhuc uſque pugnantes. At uero illo cultu, qui græcè latria dicitur, ſed latinè uno uerbo dici non poteſt, cum ſit quædam diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colẽdum docemus niſi unum* Deum. *Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificij; unde idolatræ dicuntur, qui hoc etiam idolis exhibent. Nullo ergo modo aliquid tale offerimus, aut offerendum præcipimus, uel cuique* Martyri *uel cuique ſanctæ animæ, uel cuique Angelo. Et quiſquis in hunc errorem labitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſiue ut corrigatur, ſiue ut condemnetur. Dum etiam ipſi ſancti homines, uel Angeli exhiberi ſibi nolunt, quod ſoli Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo, & Barnaba, quibus, & commoti miraculis, quæ per eos facta ſunt* Lycaonij, *tanquam Dijs immolare uoluerunt, ſciſsis ueſtibus ſuis, confitentes, & perſuadentes ſe Deos non eſſe, iſta ſibi fieri uetuerunt. Apparuit & in Angelis, & in Apocalypſi legimus angelum ſe adorari prohibentem, atque dicentem adoratori ſuo, Vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum, Deum adora. Honorandi ſunt enim* Martyres *ꝑ imitationẽ, non adorandi propter religionem; honorandi ſunt charitate, non ſeruitute.*

## EPISTOLA VSVARDI MONAchi ad Carolũ magnum Francorũ Regẽ.

DOmino Regum piiſsimo Carolo Auguſto, Vſuardus indignus Sacerdos, ac monachus, Perennem in Chriſto coronam. *Minimè ueſtram latet celſitudinem, ò ſapientiſſime* Princeps, *qualiter monemur, in imitandis antiquorum ſtudijs, ut quidquid in geſtis præcipue eccleſiaſtico dogmati congruit, minus perfectum inuentum fuerit, debeamus uel pro poſſe ſupplere, uel certe ſuppleri optare. Quæ res pia (ſi recordamini quidem ſolicitudinem) ueſtro iuſſu dignanter admota, me ad id, & ſi indignum compulit, quatenus ſanctorum*

*rum*

Ayuntamiento de Madrid

rum ſacras atq; anniuerſario recolendas feſtiuitates, ex qui
buſdã præcedentiũ Patrũ Martyrologijs in quandam collige
rem vnitatem. Recolebamq; in ipſis eorundem ſolemnitatib.
quàm multos propriæ negligentiæ exceſſus, quos etiam purga
ri tali cupiebam officio. Præterea venerabilium Hieronymi. ſ.
& Bedæ presbyterorum pijs, quamuis ſuccinctis ſuper hoc
prouocabar ſcriptis. Quorum prior breuitati ſtudens, alter
verò quam plures Kalẽdarum dies intactos relinquens, mul
ta inueniuntur huius operis præterijſſe neceſſaria. Quos tamẽ
ſecutus, cenſui, & Flori memorabilis viri latiora iam in
eo ipſo negotio proſequi veſtigia, præſertim in ſecundo eiuſdẽ
libro. Ibi enim multa, quæ in priore omiſerat, & correxit, &
addidit. Ac ſi quid præter quod ab illis accepi, in hoc opere
actum, uel mutatum eſt, ſagaci à me indagine id acquiſitum
agnoſci poterit. Cæterum benigniſſime Imperator, idcirco
hanc exiguitas mea præfatiunculam huic opuſculo inſerere
maluit: vt ſciretur in hoc me non vſum leuitatis conamine,
ſed potius veſtris, vt erat dignum, paruiſſe imperijs catholi-
corum fidelium ſolita conſulentibus vtilitati. Vnde quod
noſtrum eſt, obſecro, vt ſi iuſtum decernit, propriæ tuitionis
anchora roboretur: quo videlicet, & præſentibus, & po-
ſteris tanta regalis examinis authoritate firmetur. Excel-
lentiam magnitudinis veſtræ ver multa annorum curricula
Rex Regum dominus ſua dignetur cuſtodire potentia

Ayuntamiento de Madrid

## Tabula ſeſtorū mobiliū iuxta vſum Romane eccleſie.

| Au. nu. | lr. do. | lxx. Ja nua. | Cinis Febr. | Paſca Mar. | Aſcen April. | Pēte. Maij | cor. do. Maij | Dnice Iunij | adnētu ꝯ nouēbris |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | d | 18 | 4 | 22 | 30 | 10 | 21 | 27 | 29 |
| | e | 19 | 5 | 23 | 1 maij | 11 | 22 | 27 | 30 |
| 13 | f | 20 | 6 | 24 | 2 | 12 | 23 | 27 | 1 decem. |
| 2 | g | 21 | 7 | 25 | 3 | 13 | 24 | 17 | 2 |
| | A | 22 | 8 | 26 | 4 | 14 | 25 | 27 | 3 |
| 10 | b | 23 | 9 | 27 | 5 | 15 | 26 | 26 | 27 nouē. |
| | c | 24 | 10 | 28 | 6 | 16 | 27 | 26 | 28 |
| 18 | d | 25 | 11 | 29 | 7 | 17 | 28 | 26 | 29 |
| 7 | e | 26 | 12 | 30 | 8 | 18 | 29 | 26 | 30 |
| | f | 27 | 13 | 31 | 9 | 19 | 30 | 26 | 1 decem. |
| 15 | g | 28 | 14 | 1 Apl. | 10 | 20 | 31 | 26 | 2 |
| 4 | A | 29 | 15 | 2 | 11 | 21 | 1 iunij | 26 | 3 |
| | b | 30 | 16 | 3 | 12 | 22 | 2 | 25 | 27 nouē. |
| 12 | c | 31 | 17 | 4 | 13 | 23 | 3 | 25 | 28 |
| 1 | d | 1 Feb. | 18 | 5 | 14 | 24 | 4 | 25 | 29 |
| | e | 2 | 19 | 6 | 15 | 25 | 5 | 25 | 30 |
| 9 | f | 3 | 20 | 7 | 16 | 26 | 6 | 25 | 1 decem. |
| | g | 4 | 21 | 8 | 17 | 27 | 7 | 25 | 2 |
| 17 | A | 5 | 22 | 9 | 18 | 28 | 8 | 25 | 3 |
| 6 | b | 6 | 23 | 10 | 19 | 29 | 9 | 24 | 27 nouē. |
| | c | 7 | 24 | 11 | 20 | 30 | 10 | 24 | 28 |
| 14 | d | 8 | 25 | 12 | 21 | 31 | 11 | 24 | 29 |
| 3 | e | 9 | 26 | 13 | 22 | 1 iunij | 12 | 24 | 30 |
| | f | 10 | 27 | 14 | 23 | 2 | 13 | 24 | 1 decem. |
| 11 | g | 11 | 28 | 15 | 24 | 3 | 14 | 24 | 2 |
| | A | 12 | 1 mar. | 16 | 25 | 4 | 15 | 24 | 3 |
| 19 | b | 13 | 2 | 17 | 26 | 5 | 16 | 23 | 27 nouē. |
| 8 | c | 14 | 3 | 18 | 27 | 6 | 17 | 23 | 28 |
| | d | 15 | 4 | 19 | 28 | 7 | 18 | 23 | 29 |
| | e | 16 | 5 | 20 | 29 | 8 | 19 | 23 | 30 |
| | f | 17 | 6 | 21 | 30 | 9 | 20 | 23 | 1 decem. |
| | g | 18 | 7 | 22 | 31 | 10 | 21 | 23 | 2 |
| | A | 19 | 8 | 23 | 1 iunij | 11 | 22 | 23 | 3 |
| | b | 20 | 9 | 24 | 2 | 12 | 23 | 22 | 27 No |
| 16 | c | 21 | 10 | 25 | 3 | 13 | 24 | 22 | 28 nouē. |

Ayuntamiento de Madrid

In pſentis tabulæ ſiniſtro latere quære Aureũ numerum anni curētis, ſub quo literã Dominicalem anni eiuſdem, quæ prima tibi occurrerit. Nã ex eius directo habebis, feſta mobilia ipſius anni, quoto ſcilicet die mẽſis celebrẽtur: q dies eius mẽſis eſt, cuius nomen proxime ſupraſcribitur. Verum in anno biſſextili ex geminis literis Dominicalibus capienda eſt poſterior, quæ ſcilicet poſt S. Matthiæ feſtum anno ſeruit. Sed tunc Septuageſima, ac etiã Quadrageſima, ſi intra Februarium ceciderit, celebranda eſt poſtridie, quam tabula indicabit.

*Regula Lectionis recitandæ.*

Notandum quod Martyrologium cõſtat ex 365. lectionibus, quot ſunt dies anni, quotidie autẽ ad Primã recitãda eſt lectio ſequentis diei, & præmiſſo numero Kalendarum, Nonarum, uel Iduum, pronuncianda eſt ætas Lunæ per illum numerũ, qui ſemper ſcribitur literæ Martyrologii illius anni p præmiſſam regulam compertæ. In anno autem biſſextili, lectio, quæ ad feſtũ ſancti Matthiæ pertinet, ſexto Kalen. Martii, bis eſt recitanda, hoc eſt tã 24. quam 25. die Februarii. Ita ut uigilia fiat 24. feſtum uero 25 die. Poteſt & lectio ſic diuidi, ut uigilia, & memoriæ 24. diei recitentur pro ipſo 24. die. ſolum autem feſtum ſancti Matthiæ pronuncietur pro 25. die. quippe qui adiectus anno, complet tempus ſolaris motus, ſicut Matthias ſuppleuit numerũ Apoſtolicum. Luna autem pronuncietur uno die maior, quam ſuperſcriptus numerus ſignificat, donec occurrat poſtrema Luna uigeſimanona, quę pronuncietur trigeſima, & ita ſequẽs prima ſicut notatur, & deinceps quota per numerum ſupraſcriptum apparet.

Ayuntamiento de Madrid

# Amico Lectori S.

TAbula, in qua ſingulis annis ſolares Cyclos, Literas dominicales, Aureum numerum atque literam Martyrologij, appoſitè & abſq; errore, inuenire poteris. Animaduerte igitur, Annos domini inſtantes, ſiue currentes: Cycli numerum, qui in ſuperiori ordine tabulæ eſt 1. Literas dominicales, quæ pro anno biſſextili geminę ſunt; G & F. ſimiliter Aureum numerum qui eſt 3. & literam Martyrologij, quæ eſt r: ſimul concurrere. Verùm quādo anni Domini currentes, quos quæris in Tabula nō apparent, opus eſt ad annos proximè præteritos recurrere: incipiendo in ſuperiori parte ipſius Tabulæ, & ſingulis ordinib. ſingulos annos tribuere: quouſq; ad annum propoſitum perueniatur: & tunc habebis intentum. Vis igitur ſcire numerum Cycli, literam dominicalem, aureum numerum, atque literam Martyrologij currentis anni Domini 1 5 6 8: incipe ab anno 1 5 6 0, & ordinem primum iam monſtratū̃ illi tribue: anno autem 1 5 6 1, ſecundū: & hoc pacto ſingulis annis ſequentibus unum ex ſequentibus ordinibus accommoda: quouſque ad annum intentum peruenias: & tunc inuenies numerū Cycli eſſe 9: Literas dominicales pro anno biſſextili D & C: Aureum numerum. 11. & literam Martyrologij f: in nono ordine: quemadmodum erat propoſitum. Vale.

Ayuntamiento de Madrid

| Anni Dñi. | cyclꝰ Solis | Lr̃a dñi-calis | |
|---|---|---|---|
| 1560 | 1 | G | F |
| 1588 | 2 | E | |
| 1616 | 3 | D | |
| 1644 | 4 | C | |
| 1672 | 5 | B | A |
| 1700 | 6 | G | |
| 1728 | 7 | F | |
| 1756 | 8 | E | |
| 2784 | 9 | D | C |
| 1812 | 10 | B | |
| | 11 | A | |
| | 12 | G | |
| Et ſic de | 13 | F | E |
| inceps 28 | 14 | D | |
| ſemper ad | 15 | C | |
| dendo. | 16 | B | |
| | 17 | A | G |
| | 18 | F | |
| | 19 | E | |
| | 20 | D | |
| | 21 | C | B |
| | 22 | A | |
| | 23 | G | |
| | 24 | F | |
| | 25 | E | D |
| | 26 | C | |
| | 27 | B | |
| | 28 | A | |

| Anni Dñi. | Au-reus Nu. | Lr̃a Mar-tyro log. |
|---|---|---|
| 1560 | 3 | |
| 1579 | 4 | r |
| 1598 | 5 | ſ |
| 1617 | 6 | t |
| 1636 | 7 | a |
| 1655 | 8 | b |
| 1674 | 9 | c |
| 1693 | 10 | d |
| 1712 | 11 | e |
| 1731 | 12 | f |
| 1750 | 13 | g |
| 1769 | 14 | h |
| 1788 | 15 | i |
| 1807 | 16 | K |
| | 17 | l |
| Et ſic in | 18 | m |
| infinitum | 19 | n |
| addendo | 1 | o |
| ſemꝑ 19. | 2 | p |
| | | q |

Ayuntamiento de Madrid

## *Prologus Odonis Epiſcopi Treuerenſis In ſuum Martyrologium.*

NE putes me in hoc opere in uacuum laboraſſe, & rem non ueceſſariam executum fuiſſe;breuiter tibi cauſam facti aperiã, Primũ fuit imperiũ, ac iuſsio ſanctorũ uiuorum,ne ſupereſſent dies abſque nominibus Martyrum in Martyrologio. qđ uenerabilis Flori ſtudio in labore dñi Bedæ accreuerat, & tantum notati erant. Deinde quoniã collecti undiq; paſsionum codices in tantum ſuccreuerũt,ut nõ ſolum præteritas dierũ feſtiuitates,uerum, & aliorũ, qui per totum annum ibi notatũ poſiti erant,latius, & paulo apertius deſcriberẽ infirmioribus fratrib. & minus legere ualentibus ſeruiens , ut ad laudem omnipotentis Dei, in memoriis Martyrum haberẽt compendioſam lectionem , atque in paruo codicillo,quod multo labore alii per plures codices requirunt.Huic operi, ut dies Martyrum uériſsime notarentur,qui confuſi in Kalendariis ſatis inueniri ſolent,adiuuit nos uenerabile, & perantiquum Martyrologium ab urbe Aquileia cuidã ſancto Epiſcopo a Põtifice Romano directũ, & mihi poſtmodum a quodam religioſo Fratre aliquot diebus præſtitũ. Quod ego diligenti cura tranſcriptũ poſitus apud Rhauennam,in capite huius operis ponendum putaui. Paſsiones autem Sanctorum paulo longius,maxime circa finem Martyrologio huic inſertas non mireris, cum tibi ratio ſuperius cur factum ſit ſuffecerit. Ora tamen impenſiſsime, obſecro,ut meritis illorũ cõſocier,quorum triumphos,& ſi minus quàm debui,excolere optaui . Salutatus in Chriſto, Vale.

Ayuntamiento de Madrid

# MARTYROLOGIVM PER SINGVLOS ANNI DIES,

## Ad vſum S. Romanę Eccleſiæ.



*Kalendis Ianuarij, Lunæ.*

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 1. Dies

CIRCVNCISIO Domini noſtri Ieſu Chriſti, Quando ſanctisſimum eius nomen Ieſus ab Angelo impoſitũ mundo primum innotuit, anniq; decorauit exordium. Romę ſancti Almachij martyris, qui iubente Olympio urbis præfecto, cũ diceret, octauæ dominici diei ſunt, ceſſate a ſuperſtitionibus Idolorum, à gladiatoribus occiſus eſt.

Via Appia Coronæ militum triginta ſub Diocletiano Imperatore.

Item Romæ Martinæ uirginis, uiri conſularis filię, ad cuius orationem Apollinis templum, & ſimulacrum corruit, quę ſub Alexandro Imperatore diuerſis tormentorum generib. cruciata, tandem cum octo carnificib. ad Chriſtum conuerſis, ac trucidatis, feris expoſita, ſuperuerſo Dianæ Idolo, Phano educta, & gladio percuſſa, martyrii palmam adepta eſt. Apud Spoletum Tulciæ, Sancti Concordii Presbyteri, & martyris, ſub Antonino Imperatore, qui ſub Torquato Comite primo fuſtib. cęſus,

inde

Ayuntamiento de Madrid

inde equuleo, fame, ac uinclis maceratus, atq; angelica uiſione cõſolatus, demum cum Ioui ſacrificare nollet, gladio uitã finiuit. In Cęſarea Cappadociæ depoſitio ſancti Baſilij Epi. In Aphrica beati Fulgentii Toletani Eccleſiæ Ruſpẽſis Epi: qui tpe Vandalicę perſecutionis ob catholicam fidẽ, eximiãq; doctrinam exilio relegatus, tãdem reuocatus, uita, & uerbo clarus, ſancto fine quieuit: tpe Anaſtaſii Imperatoris, & Gelaſij Papæ. Fuit & alius Fulgentius Cartaginis nouę Eps, & Leandri, ac Iſidori Pontificum Hiſpanenſium frater. Apud Lugdunum Monaſterio Virẽſium Sancti Eugenii Abbatis, uirtute, ac miraculis clari. Apud Alexandriam Euphroſinæ uirginis, quę a pueritia contemptis nuptiis, ſub monachi habitu, Smaragdus nuncupata, per annos 38. ſanctiſsimam duxit uitam. Eodem die ſancti Magni martyris Rhauennę Seueri Epiſcopi, & martyris. ET ALIBI aliorum, plurimorum ſanctorum martyrum, confeſſorum, atque ſanctarum uirginum. Respon. Deo gratias. *Et ſic in fine omnium iſtarum lectionum concluditur.*

*Quarto nonas Ianuarij*, Luna.

B 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

2 OCtaua ſancti Stephani. Apud Antiochiã paſſio ſancti Iſidori Epiſcopi. In Ponto ciuitate Tomis ſanctorum martyrum Argei, Narciſſi, Marcellini pueri: qui ſub Licinio Principe inter Tyrones cõprehẽſus, cũ nollet militare, cæſus, & diu carcere maceratus, atq; in mare merſus, martyriũ conſummauit. cæteri aũt decollati. Apud Scythopolim i Thebaide Macarii Alexãdrini abbatis, & eremitæ, q uni cus amator ſolitudinis, & inaceſſibiliũ locorũ extitit. Apud Cluniacum in Aluernia ſancti

Odilonis

Ayuntamiento de Madrid

Odilonis abbatis, de quo nudius tertius. Ipſo die ſancti Spiridonis epi. Itẽ s. Baldulphi cõfeſſoris.

*Tertio nonas Ianuarij, Luna.* xi.C

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

OCtaua ſancti Ioannis apoſtoli. Romæ uia appia natale ſancti Antherii Papę; qui marty. ũ geſta conſcribi iuſſit, & cũ duodecim annos rexiſſet Eccleſiam, paſſus ſub Maximino ſepultus eſt in cœmeterio Caliſti. Eodẽ die ſancti Petri, qui apud ciuitatẽ Aulanã Crucis ſupplicio eſt intereptus ſub Seuero pręſidę: Diocletiano imperante. Apud Cyzicum in Helleſponto ſanctorũ martyrum Cyriaci, Primi, & Theogenis mart. qui ſub Licinio palis quatuor alligatus, cęſus & in mare merſus eſt. Pariſiis ſanctæ Genoueſę, quę a beato Germano Antiſiodorenſi Epo Chriſto dedicata, uirtutibus, & miracutis claruit, uixitq; annos 80. Martiano imperante. In Padua ſancti Danielis mart. & Leuitę. 3

*Pridie nonas Ianuarij, Luna.* D

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

OCtaua ſanctorum Innocentum. Item natale ſancti Titi, qui ordinatus ab apoſtolo Paulo Creteſiũ eps, prædicationis officium fideliſſimè complens, beatũ finẽ adeptus eſt: ibiq; ſepultus apud Eccleſiã, ubi fuerat diuinitus miniſter conſtitutus. Apud Lingones ſancti Gregorii epi, & confeſſoris. Apud Aphricã pręclariſſimorũ martyrum Aquilini, Gemini, Eugenij, Martiani, Quinti, Theodori, & Triphonis ſub perſecutione Vandalica: quorum geſta habentur. Romæ ſanctorum martyrum Priſci presbyteri, & Priſcilliani clerici, ac Benedictæ religioſæ fœminæ, qui ſub Iuliano martyriũ ꝯpleuerũt. 4



Ayuntamiento de Madrid

Item Romę beatę Darfoſę uxoris Fabiani martyris, quæ poſt interfectionem uiri ſui primum relegata exilio, deinde à præfato principe capite plecti iuſſa eſt. Bononiæ ſancti Hermetis, Agei, & Gaii martyrum. Bituricis ſanctæ Fauſtæ uirginis. Item Celſi conſeſſoris. Apud Cyzicum in Helleſponto, Theogenis, & ſociorum, de quibus pridie.

E — *Nonis Ianuarij, Luna.*

xix. 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 VIgilia Epiphaniæ domini. Romæ ſancti Theleſphori Papę, qui ſeptimus à Petro apoſtolo Pontifex, illuſtre martyrium duxit ſub Antonio Imperatore. Hic ieiunium quadrageſimale inſtituit. Itē hymnum Gloria in excelſis, & tres Miſſas in Natali domini celebrari inſtituit. Apud Antiochiam ſancti Simeonis ſtylitæ Monachi: cuius uita, & conuerſatio extitit admirabilis, nam in puteo ſicco pluribꝰ annis. In Colūna per annos quadraginta: ſtās ſuper unū pedē annū uixit, defunctum ēt aues defleuerunt.

viii. — *Octauo idus Ianuarij, Luna.*

F 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 21 10 2

A b c d e f g h i K l m n o-p q r ſ t

6 EPiphania domini: qui tredecimo die poſt natalem ſuum uiſitatus eſt à Magis: triceſimo autem ætatis anno baptizatus eſt à Ioāne: triceſimo primo inuitatus ad nuptias mutauit aquā in uinū, dein de quinq; panibus totidē hominū millia ſatiauit: ut ait Auguſtinus. Dicuntur aūt Magi Gaſpar, Baltaſar, & Melchion ex regione Saba fuiſſe, qui Balaā ꝓphetæ uaticiniū ſecuti, ſtellam obſeruarūt: deinde à beato apoſtolo baptizati. Horum corpora per Coſtantinum Imperatorem Byzantium: inde per Euſtorgium Epiſcopum Mediolanum: & inde Coloniam tralata

perhiben-

Ayuntamiento de Madrid

perhibentur. In agro Remenſi paſſio ſanctæ Macræ virginis,quæ iubente Rictiouaro Præſide,cum ignē eſſet præcipitata,& permanſiſſet illæſa, dehinc mamillis abſciſis,& ſquallore carceris afflicta,ſup teſtas etiam acutas, & prunas uolutata, orans migrauit ad dominum.Redonis ſancti Melanij epiſcopi, & confeſſoris,tp̄e Clodouei regis.Eodem die Sultani martyris.Antiſiodori tralatio Germani ep̄i.

*Septimo idus Ianuarij,Luna.* G

15 16 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 [3

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

RElatio pueri Ieſu Chriſti ex Aegypto anno ætatis eius ſexto:Imperij Auguſti 40.regni aūt Herodis tunc defuncti anno 38.Eodem die,Nicomedię beati Luciani Antiochenę Eccleſię Presbyteri,& martyris in mare merſi,qui doctrina,& eloquētia clarus,Nicomediæ paſſus,ſub Maximiano ſepultus eſt Helenopoli Bithiniæ. Apud Antiochiā ſancti Cleri Diaconi, qui pro confesſionis gloria ſepties tortus,& in carcere diu maceratus,tandem decollatus martyriū cōſummauit.Ciuitate Heraclea, Felicis,& Ianuarij martyrū.Ipſo die,ſancti Iuliani mart.Item Papię Criſpini epiſcopi, & confeſſoris. Item Iſidori epiſcopi.Solemniaco monaſterio Stylonis monachi,& tralatio ſancti Sabini. 7

*Sexto idus Ianuarij,Luna.* xvi.

16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 A

A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

NEapoli Cāpaniæ,ſancti Seuerini epiſcopi,& cōfeſſoris fratris B.Victoris marty. qui plenus ſanctitate quieuit. In Pannonia ꝓpe Noricū paruūq; oppidū Aſtarim Seuerini abbatis uiri prophetico ſpiritu,miraculiſq; clari, tp̄e Attilę.Beluaci ſanctorū Luciani p̄sbyteri, ac B.Petri diſcipuli, 8



Ayuntamiento de Madrid

nec non Maximiani;& Iuliani puerorum ab ipſo cō uerſorum,& baptizatorum: ex quibus primus Epiſcopus,ſecundus presbyter,tertius Diaconus , quorum primus conſtantiam ſecutus poſt eos à perſecutoribus cæſus eſt, tempore Clementis Papæ.Eodem die ſancti Maximi papienſis Epi. Itē Eugeniani martyris.Metenſi ciuitate Sancti Patientis Epiſcopi , & cōfeſſioris. Auguſtoduni ſancti Egemonii Præſulis.

B v. *Quinto idus Ianuarij, Luna.*

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r t

9 APud Antiochiam ſub Diocletiano, & Maximiano imperatoribus , ac Martiano Præſide natale ſanctorum martyrum Iuliani,& Baſillæ uirginis uxoris eius , quæ ante utrum quieuit . Cum quibus multitudo Sacerdotū,& miniſtrorum Chriſti igne cremata eſt,quæ ad eos confugerat:poſt quos Idolis cōminutis,Antonius presbyter,ſeptem fratres,& uiginti milites;Anaſtaſius , & Celſus puer filius Præſidis,unà cum matre Martianilla,atq; alii plures paſſi ſunt;Septem fratres igne conſumpti:cæteris poſt cruciatus ſuperatos,ferasq; pacatas,gladiis percuſsi .In Mauritania cæſarienſi ſanctæ Martianæ uirginis. & martyris , feris expoſitæ, & à leopardo diſcerptæ. Apud Smyrnā,ſanctorū Vitalis,Reuocati,& Fortunati martyrum.Itē Agretii,& Timothei confeſſorum.

C *Quarto idus Ianuarij,Luna*

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6
A b c d e f g h i l m n o p q r ſ t

10 IN Cipro,beati Nicanoris diaconi, ex ſeptem primis diaconis,qui gratia fidei. & uirtute præditus glorioſe coronatus eſt . In Thebaide,apud Aegyptū,natale beati Pauli primi eremitę,q per annos ſexaginta uixit in eremo corui miniſterio ; & cuius

ani-

Ayuntamiento de Madrid

animam ad cœlũ ferri ab Angelis Antonius uidit, cũq; miniſterio leonũ ſancti uiri corpus ſepeliſſet, eius palmacea tunica maximis quibusq; feſtis utebatur. Hic tempore Decianæ perſecutionis uixit, quando duo Chriſtiani iuuenes, quorum alter melle perũctus, atque crabronum puncturis expoſitus, reliquus meretriciis illecebris tentatus, abſciſam ſibi mordicus expuens linguam, in tanto conflictu tẽtationis, conſtantiſsimus permanſit. Eodem die Romæ Agathonis Papæ ſiculi ſanctitate, atque munificẽtia eximii. Hic leproſum obuium oſculo curaſſe fertur. Huius opera ſub Conſtantino quarto, congregata Sinodo Monothelitarum hæreſis damnata eſt. cumq́, Gregorius præſul Byzantius admonitus reſipuiſſet Macarii Antiocheni Epiſcopi pertinacia multata eſt anathemate, ac in eius locum ſubrogato Epiphanio abbate. Cuius tempore, poſt luminarium deliquiũ peſte grauiſsima laboratum eſt.

*Tertio idus Ianuarij, Luna.* D

19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 xiij.

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN'Aphrica natale beati Syluii. In huius natali ſanctus Auguſtinus uerbum fecit ad populum Carthaginis. Apud Alexandriam ſanctorum cõfeſſorum Petri, Seueri, & Lucii, quorum geſta habentur. Eodem die S. Iginii Papæ, & mart. ſub Antonino Pio. Hic compoſuit Clerum, & diſtribuit gradus. Item Eugentii, & Felicitatis martyrum. Eodem die depoſitio S. Blandani abbatis. Item Saluii ẽpi ambianenſis. Item Pauli ſimplicis monachi, qui beati Antonii diſcipulus extitit. Item Gulielmi Bituricenſis epiſcopi, uitæ ſanctitate, ac miraculis glorioſi. 14



Ayuntamiento de Madrid

*Pridie idus Ianuarij, Luna.*

20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

12 APud Achaiam natale ſancti Satyri martyris, qui tranſiẽs ante quoddam Idolum, cũ exufflaſſet in illud, ſignãs ſibi frontem, ſtatim corruit, ob quã cauſam decollatus eſt. Eodẽ die ſancti Arcadii martyris genere, ac miraculis clari, ut ſcribit Zeno Veronenſis epiſcopus. Eodẽ die Ioannis ſecundi Papæ Romani ex cœlio monte, qui Antemũ epiſcopũ Cõſtãtinopolitanũ Arrianũ dãnauit. Huic Iuſtinianus ſcyphum aureum, & argenteos duos, & totidẽ calices miſit. Itẽ Ioãnis tertii Papæ, qui Narſetẽ cõſulatu decorauit, & ædẽ ſanctorũ Philippi, & Iacobi à Vigilio inchoatã ꝑfecit, & alia cœmeteria inſtaurauit. Huius tpe Armenii chriſtianã fidẽ receperũt.

F *Idibus Ianuarij, Luna.*

21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

13 OCtaua Epiphaniæ. Gregorii Nazianzeni epiſcopi, Romæ uia Labicana coronæ militũ quadraginta, quas ſub Galeno Imperatore, pro cõfeſſione ueræ fidei percipere meruerũt. Pictauii beati Hilarii epiſcopi, qui ob catholicã fidẽ, quadriennio apud Phriſiã relegatus, mortuũ ſuſcitaſſe fertur. Itẽ Remigii Remẽſis Epiſcopi apud Frãcos celebris, ac ſanctimonia illuſtris. Ipſo die Verdiaco mõte ſancti Vincẽtii confeſſoris ſammaritani tpe Hilarii prædicti. In Ambianenſi ciuitate Firmini martyris, cuius corpus tẽpore Saluii epiſcopi reuelatũ. Treueris ſancti Agnitii epiſcopi, quo ex Antiochia Syluestri Papæ iuſſu profectus, ad petitionẽ ſãctæ Helenæ populum, qui poſt ſanctos Euchariũ, Valeriũ, & Maternũ ad paganiſsimi uomitũ redierat, cõuertit.

Decimo

Ayuntamiento de Madrid

*Decimo nono Calendas Februarij, Luna.* x. G

22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Nolam Campaniæ Felicis præsbyteri, qui 14
corã Dracone præſide multa contra Deos Gentilium diſſeruit, frater minor natu alterius Feli cis, de quo tertio calẽdas ſeptembris: & cum Maximianum ep̃m ſuũ latentem inedia, geluq; afflictũ refocillaſſet, poſt cruciatus, uincla, & exiliũ, ad mõtẽ Circæum ad lapides cędẽdos, miraculis clarus, con tẽpto pręſulatu migrauit ad Chriſtũ, ſepultus iuxta urbem in Pineis ab Elpidio pręsbytero. Itẽ Romę Felicis pręsbyteri & martyris, qui cũ ſerapis, Mercurii, ac Dianę ſtatuas inſufflando ſubuertiſſet, & arborẽ ingentẽ cũ tẽplo proſtraſſet, decollatus eſt ſub Diocletiano, ac Iudice Dracone. Eodẽ die ſancti Euphraſii epiſcopi, & martyris. Apud ſpoletum Pontiani martyris. Item Cleti diaconi in mare merſi.

*Decimo octauo Calendas Februarij, Luna.* A

23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ABacuch, & Micheę prophetarum, quorum corpo 15
ra ſub Arcadio Imperatore diuina reuelatione in Iudęa inuenta ſunt. Apud Aegyptũ in Thebaide B. Macarii abbatis diſcipuli beati Ammonii, uita & miraculis celeberrimi. Item ſancti Iſidori, uitæ ſanctimonia, ſignisq; celebris, & abbatis in Thebaide, plurium, quam mille monachorũ Patris. Ciuitate Aruernis ſãcti Bonifacii epiſcopi. Andegauii ſãcti Mauri abbatis diſcipuli ſãcti Benedicti, a quo ad ſuccurrendum Placido puero in aquis periclitãti miſſus, ſuper aquas inceſsit, ut Gregorius refert. rem miram, & poſt Petrum inuſitatam. Inde in Gallias miſſus, miraculorum gloria clarus quieuit.



Ayuntamiento de Madrid

xviii *Decimo ſeptimo Calendas Februarii, Luna.*

B 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

16 ROmę uia ſalaria, natale Sancti Marcelli papæ, q̃ ob catholicæ fidei defenſionem, iubente Maximiano tyrãno, primum fuſtib. cæſus, deinde ad ſtabuli ſeruitiũ deputatus, poſt plures annos cilicio amictus, inter laborandũ defunctus à beata Lucina in cęmeterio Priſcillę ſepultus eſt. Apud Arelatũ beati Honorati epiſcopi, qui uita, doctrina, ac miraculis illuſtris fuit. Fuit & alter Honoratus Ambianenſis Eps tpe Childeberti Regis, qui corpora Sanctorum Fuſciani, Victorici, & Gentiani repperit. Fuit & Honoratus abbas abſtinẽtia clarus apud Fundos, de quo Gregorius. Romæ ſanctę Priſcillæ.

Eodem die apud Marrochum paſſio beatorũ Berardi, Petri, Accurſij, Adiuti, & Othonis ordinis minorum, & beati Franciſci ſociorum, quorum corpora in Luſitaniam ſunt tralata. Parona monaſterio, Furſei abbatis, & fratris ſancti Foliani mart. qui raptus in extaſim multa, uitæ alterius mirabilia uidiſſe: atq; in Hibernia, Scotia, & aliis oceani glacialis inſulis, Item in Saxonia prædicaſſe, & in Gallia quieuiſſe perhibetur. Regio Gallię Fauſti epiſcopi tempore Anaſtaſii primi.

C *Sextodecimo Calendas Februarÿ, Luna.*

vii. 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

17 APud Thebaidẽ Aegypti beati Antonij abbatis, qui Conſtãtino magno imperante multorũ pater monachorum claruit, cuius vitam Athanaſius eps ſcripſit, & qui exacto centeſimo ætatis anno quieuit, cuius corpus ſub Iuſtiniano Imper. repertum, Alexandriæ in æde Ioannis Baptiſtæ huma

tum

Ayuntamiento de Madrid

tum eſt. Lingonis ciuitate natale Sanctorum Geminorum Speuſippi, & Maleuſippi, qui cum Auia ſua Leonilla, ac matre Ionilla paſſi ſunt tpe Aureliani Imperatoris, ſub Quadrato præſide, gemini qdē in arbore diſtenti, & inde in ignē præcipitati, flammis tamen illæſi migrarunt ad dominū, quib. uiſis Ionilla cōfeſſa Chriſtum multis afflicta ſuppliciis, cum Leonilla ſimul gladio perempta eſt. Neon uiſis miraculis, & ipſe ad Chriſtum conuerſus coronatur. Docuit autē & baptizauit hos germanos Benignus presbyter, quē ab Oriente miſerat *Polycarpus* Ioannis Apoſtoli diſcipulus in Galliā cum Andochio presbytero, ac Teriſo diacono. Turbon autē, qui hæc ſcripſit, non multò poſt martyr factus eſt. Bituricis ciuitate depoſitio ſancti Sulpicij Epiſcopi, cuius uita, & mors, præcioſa miraculis commendatur. Item Genulfi prçſulis.

*Quinto decimo Calendas Februarij, Luna.* D

26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

CAthedra ſancti *Petri*, qua Romæ primū ſedit, anno Claudij Imperatoris quarto, ubi Simonē magum confutauit, quā Paulus quartus celebrē eſſe iuſſit. Ipſo die paſſio ſanctæ Priſcę uirginis ſub Claudio multos cruciatus perpeſſæ, ac demum extra urbem decollatæ. Apud Pōtū natale ſanctorū martyrū Muſęi, & Ammonis, qui, cū eſſent milites, primum ad metalla deputati, nouiſſime igni traditi ſunt. Ipſo die ſanctę Liberatæ uirg. In ciuitate Apollonia ſanctorū Tyrſis, & Seleuci, & Callenici martyrū. Alexandriæ Maximi epi. Maiori monaſterio Leobaldi confeſſoris. Itē tralatio corporis beatæ Lucię uirg. ex Cōſtantinopoli ad venetā urbē, anno ſalutis 1040. capta. n. Cōſtātinopoli, ita Siculi 18

cum

Ayuntamiento de Madrid

cum Venetis conuenerant,ut ex duarum uirginũ re liquiis,quas antea Michaelus Imperator, interfecto Maniacho,ex Sicilia Byzantiũ deuexerat, Agat hæ corpus adepti,reliquũ cõcederent. In Britannia Dei coli eremitę,ac diſcipuli beati Columbani abbatis.

Exv. *Quarto decimo Calendas Februarij, Luna.*

27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

19 APud Smyrnam natale beati Germanici martyris, qui ſub Marco Antonio, & Lucio Aurelio per gratiam diuinæ uirtutis,uicto timore,præparatam ſibi beſtiam prouocauit:cuius dentibus cõminutus,uero pani, id eſt domino Ieſu Chriſto pro ipſo moriens meruit incorporari. Apud Spoletum S.Pontiani martyr.temporibus Antonini Imperatoris, quem iudex Fabianus uirgis cæſum iuſsit ſuper carbones nudis pedib. incedere:& illæſum equuleo, & uncis ferreis cruciari.Inde ĩ uincula detruſus, angelica uiſitatione cõſolatus, hinc leonibus expoſitus,ac feruenti plumbo perfuſus,tãdem gladio percuſſus eſt. Via Cornelia Sanctorum Marii, ac Marthæ,& filiorum Audifax,& Abacuch nobiliũ ex Perſide, qui Romam uenerant ad uiſendum Caliſtum tẽpore Claudii Principis. Ex quibus poſt toleratus fuſtes,equuleum,ungues, manuum præciſionem,ſub Muſciano Præſule.Martha in lympha enecta, cæteri uero ſunt decollati, & eorum corpora igne conſumpta,& a Sancta Felicitate condita. In Laudo ciuitate Sancti Baſſani epiſcopi,Honorii tempore, quem Sergius Pater duodecennem è Syracuſis Romam miſerat,atque Gordianus presbyter inſtructum baptizarat.In pago dorcaſino,Corbione monaſterio Launomari abbatis carnutenſis.

De-

Ayuntamiento de Madrid

*Decimo tertio Calendas Februarii, Luna.* iiii.F

289 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ ſancti Fabiani papæ, qui cum tredecim annis Eccleſiæ præfuiſſet, martyrium eſt paſſus tẽpore Decii, & in cæmeterio Caliſti ſepultus. 20 Apud catecũbas ſancti ſebaſtiani martyris, qui præfectus primæ cohortis, iuſſus eſt tãquã Chriſtianus a Diocletiano Imperatore ligatus in medio cãpo a militibus ſagittari: atque cũ ab Hirene fœmina refocillatus conualuiſſet, demũ fuſtigari in hippodromo, donec deficeret, quẽ Lucina matrona ſepeliuit apud catecũbas. Huius militis opera, Nicoſtratus cũ Zoe uxore: & Marci, ac Marcelliani, qui in eius domo cuſtodiebantur, parentes Tranquillinus, & Martia: Item Chromatius præfectus, cũ filio Tyburtio ad Chriſtum conuerſi, & a Policarpo presbytero baptizati, martyres eum præceſſerant; Ciuitate Taurina ſanctorum martyrum ſotheris, Mentoris, & Octauii.

*Duodecimo Calendas Februarii, Luna.* G

29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ paſsio s. Agnetis uirginis, quæ ſub Præfecto urbis ſẽpronio, cũ eius filii nuptias Xp̃o deſponſa cõtẽpſiſſet, Veſtæq; ſacrificare recuſaſſet, ignibus iniecta, ſed ad preces eius extinctis, gladio ꝑcuſſa eſt; ut ſcribit beatus Ambroſius. Ipſo die natales s. Publii epiſcopi, qui poſt Dionyſium Areopagitã Athenienſium Eccleſiã rexit; ac uirtutibus, & doctrina fulgens, ob Chriſti fidẽ coronatus eſt. Hic Paulũ apuſtolũ Melitæ ſuſceperat, ut in actis apoſtolorũ refert Lucas. In Hiſpaniȩ ciuitate Terraconȩ s. Fructuoſi ep̃i, Eugerii, & Eulogii diaconorũ mart. 21

ſub

Ayuntamiento de Madrid

ſub Aemiliano Prȩſide, imperante Galeno, flãmis iniectorum. Trechas apud Sennones ſ. Patrocli martyris, qui iuxta Sequanam fluuium Aureliano imperante decollatus eſt.

A xii *Vndecimo Calendas Februarij, Luna.*

30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

22 VAlẽtiæ in Hiſpania, imperante Diocletiano, ſub Daciano Prȩſide, Vincentij Leuitȩ ex Oſca ciuitate equuleũ, grabatũ ferreum, carcerem, teſtarum aſperitatem, & alia tormẽta perpeſſi, pro Valerio Cæſarauguſtæ epo aſtantis, quem diuus Auguſtinus, & Prudentius Poeta cõmendant, & celebrãt. Romȩ ad aquas ſalinas ſancti Anaſtaſij monachi, & mart. natione Perſæ, qui poſt plurima tormenta, carceris, uerberũ, ac uinculorum, quæ in Cæſarea Paleſtinæ paſſus fuerat, iuſſu Coſdroè Perſarũ Regis, tandem apud Caſtellum Betſalẽ decollatus eſt cũ aliis ſeptuaginta, cuius corpus Venetiis ſeruat. Ipſo die ſancti Timothei diſcipuli beati Pauli Apoſtoli, qui Ioannis apoſtoli auditor, Liſtris ortus, ut Polycrates ſcribit, a Paulo Epheſi epiſcopus ordinatus, poſt multos agones martyrio coronatus eſt. Ciuitate Ebreduno ſãctorũ martyrũ Vincẽtii, Orõtii & Victoris, qui eos ſepelierat, eiuſq; Patris. Diocletiano imperante ſub Ruffino Præſide Hiſpaniarũ decollatorũ. Eodẽ die Nouariȩ Gaudẽtii epiſcopi. In pago arciacenſi Vlſi martyris.

B *Decimo Calendas Februarij, Luna.*

1 12 23 4 15 26 17 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

23 ROmȩ ſanctȩ Emerentianæ uirginis & martyris Collactaneȩ ſanctæ Agnetis, quæ ad eius ſepulcrũ orans, a Gȩntilibus lapidatą eſt, Philippis

beati

beati Parmenę unius è ſeptē Diaconis,qui poſt prædicationis officium,martyrij palmā adeptus eſt.In Mauritania Ciuitate Neocæſarea ſanctorū Seueriani,& Aquilę uxoris ignib. conſumptorum. Apud urbem Aegypti Antinoum ſancti Aſclæ martyris,q Diocletiano imperante,ſub Arriano præſide, poſt diuerſa tormenta, precioſam animam in Nilū pcipitatus Deo reddidit, a Philemone, & Apollonio Diaconis tumulatus.Apud Toletum Alphonſi pontificis. Item Helenę imperatricis.

*Nono Calendas Februarij,Luna.* C

213 24 5 16 27 8 19 30 21 22 3 14 25 6 17 28 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Antiochiam ſancti Babylę epiſcopi, q ſub perſecutione Numeriani,quē ab ingreſſu Eccleſiæ arcuerat,poſt frequentes cruciatus, finē glorioſum ſortitus eſt in uinculis. Referuntur etiā cū eo paſſi tres pueri, Vrbanus,Prælidianus, & Epulonius,a Theodola matre ſepulti. Neoceſareę ſctōrū Mardonii,Muſeonis,Eugenii,& Metelli,q oēs igni bus traditi, & in Axū flumē ſparſi ſunt.Trechas Sauiniani mart.qui poſt ignē,lectū ferreū, & diuerſa tormenta decollatus eſt.Per quē,Gentilium nouem millia,& plures Chriſtū confitentes,iiſdē ſupplitiis affecti ſunt. Eodem die Timothei Epheſiorū epi de quo nudius tertius.qui cū populum a Dianæ ſacrificiis auerteret,lapidibus obrutus eſt. 24

*Octauo Calendas Februarij, Luna.* ix.D

3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

COnuerſio ſancti Pauli apoſtoli,de qua in actis Apoſtolorū refert Lucas.Secūdo anno poſt aſcēſionē Dñi.Cuius corporis tralatio eodē die Romæ celebrat. Itē ſancti Ananiæ apud Damaſcum, qui 25

qui eundem apoſtolum baptizauit, unius ex ſeptua gintaduob.diſcipulis, & Damaſcenorum epiſcopi, vt ſcribit Sophronius Ciuitate Aruernis ſancti Proiecti epiſcopi, & Marini abbatis, qui paſſi ſunt ſub proceerib.præfatæ urbis, ſub Conſtãtino Iuniore imperatore. Ciuitate Gaualis ſancti Seueriani epiſcopi, tempore Archadij imperatoris, & Ioannis epi Conſtantinopolis, quib.ob doctrinam, & ſanctitatẽ cariſsimus erat. Item Gregorij nazianzeni Pontificis, ac Doctoris. Apud Turonũ Liuentij cõfeſſoris.

E *Septimo Calendas Februarij, Luna.*

4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

26 APud Smyrnam ſancti Polycarpi epiſcopi, q. beati Ioãnis apoſtoli diſcipulus fuit, & ab eo Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ Princeps fuit: & poſtea ſub Marco Antonio, & Lucio Aurelio, in Amphitheatro igni traditus eſt, ac lãcea confoſſus cũ quo ẽt alii duodecim ex Philadelphia in pfata urbe coronati ſunt. eodem die ſub eadem perſecutione Laodiciæ ſanctorũ martyrũ Theogenis cũ aliis triginta ſex, qui contemnentes temporalem mortẽ, coronam uitę æternæ adepti ſunt. Bituricas Iuliani epi. Cenomãnis Syluini præſulis. Apud Pariſios, Batildis Reginæ, quæ fuit mater Lotarii imperatoris monaſteriorũ cõſtructrix. Huc referẽda eſt S. Paulę memoria, quæ nobiliſsima Romana, Rogatiani, & Bleſillæ filia Toxorij uxor, quatuor cũ edidiſſet filias, Bleſillã, Paulinã, Euſtochiũ, ſiue Iuliã, & Ruffinã, & filiũ Toxotiũ; uidua Romæ uixit annos quinque: inde peragrata Iudæa, & Aegypto in Bethleẽ cõſedit, ubi quatuor inſtituit monaſteria unũ uirorũ, tria uirginũ; & uiginti annos cum uixiſſet, ibidem ſepulta eſt, Diui Hieronymi teſtimonio clara.

Sexto

Ayuntamiento de Madrid

*Sexto Calendas Februarij, Luna.* F

516 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 xvii.

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale beati Ioannis epiſcopi Cõſtantinopolitani, cognomento Chriſoſtomi, qui uerbo, & exẽplo plurimum chriſtianæ religioni profuit: qui ſucceſsit Ioanni, tempore Arcadii, quo etiã die corpus eius, per Theodoſium Arcadii filiũ Conſtãtinopolim delatum eſt. Item ſancti Marii abbatis monaſterii Beluacẽſis: cuius uitã uirtutibus plenam uir illuſtris, ac Patritius Damianus refert. In Africa ſancti Adiuti martyris. Cenomannis Iuliani primi eius urbis epiſcopi, uitę ſanctitate, ac miraculis glorioſi, quẽ perhibẽt fuiſſe Simonẽ leprſum Chriſti hoſpitẽ. Fuit, & alter Iulianus frater beati Iulii, qui tẽpore Theodoſii Imperatoris Idola ſubuertẽtes, Chriſto litabant. Item Iulianus Chaba eremita, qui Iuliani principis interitum prædixit. Eodem die Pauli primi Papæ in Eccleſiam, & in Pauperes officioſiſsimi. Aureliano Adiuti abbatis in Carnutẽſi pago. Item Ionæ prophetæ ſepulti in Geth regionis Ophir. 27 vi. G

*Quinto Calendas Februarij, Luna.*

6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 28

ROmæ s. Agnetis ſecundo. quę parentibus ad eius tumulum uigilantibus apparuit. Apollonię ſanctorũ martyrum Leucii, Tyrſis, & Gallenici, qui tẽpore Decii multifariã cruciati, primus, & ultimus abſciſione capitis, medius cœleſti uoce uocatus, ſpiritũ reddẽs, martyriũ conſummauerunt. Alexãdrię s. Cyrilli epĩ, catholicę fidei defenſoris. In agro Remẽſi Caſtro Tornodoro s. Ioa. pſbyteri uiri Dei. Itẽ tralatio Thomę aqnatis doc. ĩ Toloſã anno ſalutis 1368. Huc ſpectat mẽoria Caroli cognomẽto magni

Impera-

Imperatoris, cuius præclara pro Chriſto geſta mā gnopere celebrātur à Turpino Remenſi epiſcopo. Nā ex expeditione Hieroſolimitana rediēs, ex Byzantio partē crucis, & clauum, & ſpineam coronā aſportauit in Galliā. Quatuor, & uiginti monaſteria conſtruxit. Quatuor Præſules, Treuerenſem, Colonienſem, Maguntinū, & Salzeburgenſem magnis opibus, & honoribus dotauit. Et anno ſalutis 814. anno ætatis 71. Regni 47. Imperii 14. obiit Aquiſgrani in Lotoringia.

A *Quarto Calendas Februarij, Luna.*

7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

29 ROmæ uia nomentana, Diocletiano imperante ſanctorū Papię & Mauri militū, qui Saturnini, & Siſinnii martyrum exemplum ſecuti cōuerſi ſunt, quorum ora iuſsit Laodicius urbis Præfectus ob Chriſti cōfeſsionē lapidibus cōtūdi, inde in carcerem retrudi: poſtea fuſtibus, ac plumbatis cædi, donec expirarent: Treueris beati Valerii epiſcopi, diſcipuli S. Petri apoſtoli. In agro trechaſsino s. Fabiani iubēte Aurelio Imperatore decollati, & ibidem Sauinæ uirginis ſororis S. Sauiniani marty. Biturícis Seueri Præſulis diſcipuli S. Martini. Peruſię Conſtantii epiſcopi, & martyris. Itē Cyrilli Alexādrini epiſcopi ſcriptoris egregii, qui Theodoſio Seniore imperante, quieuit. Fuit & Cyrillus Hieroſolymę epiſcopus, qui beato Hierōnymo in Syriā profecto locum præſtitit apud Bethleem: & qui eūdem ſepeliuit, & eius tranſitum ſcripſit.

B *Tertio Calendas Februarij, Luna.*

xiiii. 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

30 ANtiochię paſsio beati Hippolyti, qui Nouatiani ſchiſmate

ſchiſmate aliquantum deceptus,atque inde Dei gratia correctus,ad Eccleſiam redit, & illuſtre martyrium tulit. Hieroſolymis S. Matthię epiſcopi, qui pro Chriſto multa paſſus in pace quieuit: Hic octauus ab Iacobo apoſtolo rexit Eccleſiam. Romæ Sanctorum Flauiani,Maximi,Secundæ, Calendini , Marci, & Seueræ mart. ex quibus Maximus cum 120 militibus à ſe cõuerſis decollatus eſt, iuſſu Maximiani Imperatoris, & à Marcello Papa ſepultus. Cæteri ſub Claudio paſſi hoc modo. Secunda Maximi uxor inter comprenſorum manus expirauit. Flauianus cum familia conuerſus apud centum cellas capite cæſus. Tandem Calendinus, Marcus , ac Seuera Maximi filij, plumbatis interempti ſunt. Malbodio monaſterio Sanctæ Aldegundis uirginis . Hieroſolymis Alexandri Senis epiſcopi,& martyris ſub Decio.

*Pridie Calendas Februarij,Luna.* iij.C

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

Alexandriæ S. Metrani marty. qui nolens impia uerba proferre , à Paganis fuſtibus colliſus eſt; 31
Ibidem ſanctorum mart. Saturnini , Tyrſis,& Victoris. Romę Sanctorum Cyri , & Ioannis ,quorum Primus ex Alexandria, alter ex Ediſſa oriundus, ſub Diocletiano in uincla coniecti , uirgis cęſi , facibus adustis,aceto,ſale,ac pice feruenti perfuſi,tandemque decollati ſunt. Item Mutinæ Sancti Geminiani epiſcopi,tempore Iouiani Imperatoris.Item Iulij conf. & tranſlatio S.Marci ex Alexãdria in urbem Venetam, tempore Leonis Imperatoris, & Iuſtiniani Ducis, anno ſalutis 465 Trechas Potamij confeſſoris. Tridenti paſſio Vigilij epiſcopi.



Ayuntamiento de Madrid

## CALENDIS FEBRVARII, LVNA.

D

10 21 2 13 2 5 5 6 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Dies 1. NAtale s. Ignatii epi, & martyris: qui quartus à Petro apoſtolo Antiochenã rexit Eccleſiã, in qua primùm antiphonas decãtari inſtituit. Inde Romę Traiano imperatore, ac Senatu præſente, poſt immania ſupplicia, leonibus obiectus ẽ. In oppido Træcaſſino ſancti Pauli epi, cuius uita, uirtutibus, & mors miraculis cõmendatur. Apud Scotiã ſanctæ Brigidæ virg. quæ cũ lignũ Altaris tetigiſſet, in teſtimonium uirginitatis,, ſtatim uiride factũ eſt: tempore Iuſtini primi. Fuit, & alia Brigida in Suetia princeps, uidua, multæ religionis, mater octo liberorũ, quæ prophetico ẽt ſpiritu fuit illuſtris tẽporibus Vrbani quinti, à Bonifacio nono ſanctorũ numero aſcripta. Rhauennæ s. Seueri epi, qui Geminianum Mutinenſium pontificem defunctũ tumulaſſe ſe dixit in extaſi poſitus, & Heraclianũ Piſauriẽſem epm ordinauit. Apud Smyrnam Pęonij martyris, qui cruciatibus uexatus, ardenti rogo ſuperpoſitus, pro Chriſto occubuit, cũ aliis quindecim. Eodem die beati Ephren ediſſenæ Eccleſiæ diaconi, literis, & ſolitudine præclari, qui Baſiliũ Cæſariẽſem epm in figura igneæ columnæ uidit. Item tralatio Alloeni præſulis è Gallia Rhotomagum. Fuit & Ephrẽ altus eps Hieroſolymitanus.

xi. E *Quarto nonas Februarij, Luna.*

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

*HYpopanti Domini, & virginis immaculatæ purificatio.*
2 Apud Cæſareã beati Cornelii centurionis, quem beatus

Ayuntamiento de Madrid

beatus Petrus apoſtolus baptizauit. Hic p̄fatæ urbis ep̄s fuit, de quo mẽtio fit in Actis apoſtolorũ. Romæ uia Salaria paſsio S. Aproniani martyris, qui adhuc gentilis, audiens, cũ Siſinnio cœlitus uocem, Venite benedicti patris mei, ab eo baptizatus, & à Marcello Papa chriſmate unctus, in Chriſti cõfeſsione ſub Maximiano imperatore, & Laodicio p̄fecto, martyr occubuit. Item Romæ ſanctorũ martyrum Fortunati, Feliciani, Firmi, & Candidi. Aureliani Fulcoli epi. F

*Tertio nonas Februarij, Luna.* xix.

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

APud Sebaſten ciuitatẽ Cappadociæ, paſsio ſancti 3
Blaſij epi, q. miraculis clarus ſub Agricolao Præſide cęſus, ſuſpẽſus, pectinib⁹ ferreis laceratus, tetro carcere eductus, cum duobus pueris capite truncatur, Diocletiano imperãte. Septẽ quoq; mulieres q̃ martyris ſanguinem collegerant, poſt dira tormẽta, gladio percuſſæ sũt. In Aphrica S. Celerini diaconi, & confeſſoris, atq; ſanctorũ martyrum Laurẽtii eius patrui: Ignatii eius Auunculi, & Celerinæ eius auiæ, de quorum laudibus extat beati Cypriani epiſtola. Apud oppidũ Vapingũ Tigris, & Remedii ẽporum. Lugduni Lupicini epi, Felicis, & Celerini. Antiſiodori, Iuliani martyris. Item Gaudentii epiſcopi Nouarienſis, qui beati Martini diſcipulus fuit. Item Ioannis Patriarchæ Alexandrini eleemoſynarum munificentia inſignis, tempore Phocæ imperatoris.

*Pridie nonas Februarij, Luna.* G

13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 3 14 25 6,17 28 9 20 2 viii.
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ in foro Sempronii ſanctorum martyrum 4
Aquilini, Gemini, Gelaſii, Magni, & Donati; Trechas ſancti Auentini epiſcopi. Eodem die



Ayuntamiento de Madrid

ſancti Gilberti confeſſoris, qui Gemmalenſe cœnobiũ fundauit, tempore Othonis primi. Tmuis ciuitate Aegypti paſsio beati Phileæ epiſcopi, & Philoromi Tribuni, cum quibus etiam multitudo fidelium Paſto ris ſui ſecuta exemplum martyrio coronata eſt ſub Diocletiano, ut in octauo libro Eccleſiaſticæ hiſtoriẹ.
Hieroſolymis Simeonis prophetæ, q̃ ſuſcepto Chri ſto puero in templum præſentato, ut Lucas teſtatur, poſt triduum, quieuit in pace.

A *Nonis Februarij, Luna.*

14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 CAtanæ in Sicilia, s. Agathæ uirginis. & martiris; q̃ poſt alapas, uincla, equuleum, tortiones, mãmilla rum abſciſionem, teſtas, carbones, tandem in carcere conſummata eſt ſub Quintiano præſide, tempore Decij. Huius ſepulcrum magna Siculorum frequentia ueneratur Ad quod ueniens Lucia Syracuſana uirgo ſanitatem Eutychiæ matri precibus impetrauit. Eius uelum à ciuibus obiectum Aetnæi montis flammas ſæ pius repulit. Viennæ beati Adiuti epiſcopi, cuius doctrina, & induſtria Galliæ ab infeſtatione Arrianæ hæ reſis defenſę ſunt. Brixię ſanctorum Gemini, & Albi ni epiſcoporum miraculorum gloria illuſtrium.

B *Octauo Idus Februarij, Luna.*

xvj. 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

6 APud Cæſaream Cappadocię, ſub Diocletiano Imperatore, & Apritio Præſide natale ſanctæ Dorotheæ uirg. & mart. quæ conuerſis, & in martyrio præmiſsis, incẽdioq; probatis, duabus ſororibus Chriſta, & Calliſta primum equuleo uexata, inde palmis cęſa, poſtremò capite punita eſt; In cuius confeſsione quidam Theophilus ſcolaſticus acceptis alieno tempore

Ayuntamiento de Madrid

pore diuinitus datis roſis, conuerſus, & mox eodem equuleo accerime tortus, nouiſſimè gladio cæſus eſt. Fuit altera Dorothea, quæ Alexandriç cum Maxentium, & Maximum Imperatores, pudicitiæ, & Chriſtianæ pietatis hoſtes fugiſſet, in eremo ieiuniis, & ſupplicijs dedita, complures aliàs exemplo traxit. Atrebatis beati Anatholiani mart. Eodem die ſanctorum Vedaſti & Amandi epiſcoporum, quorum uita, & mors miraculis claruit, ex quibus prior à Remigio Remēſi epiſcopo ordinatus Atrebatenſium, ſequens uerò Traiectenſium rexit Eccleſiam, Heraclij tempore. Ipſo die ſanctorum Saturnini, Theophilæ, & Reuocatæ. Item in Oriente Sotherę uir. Eodem die commemoratio animarum cognatorum, & benefactorum.

*Septimo Idus Februarij, Luna.* v. C

16 27 8 19 30 11 22 4 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Britanniis, ciuitate Auguſtana, natale beati Aulei epiſcopi, qui curſum uitæ per martyrium complēs æternam meruit gloriam. In Aegypto apud Scythopolis ſolitudinem Moyſi abbatis. Item Moyſetis Aethiopis epiſcopi, qui diſcipulus Iſidori abbatis, in eremo ſignis, & uirtutibus innotuit. Inde Sarracenis, quibus prçerat, ad fidem conuerſis, quieuit in pace. Eodē die Adaucti, & ſociorum cuiuſdam ciuitatis Phrygiæ conciuium, quibus ipſe Italus præerat martyrum, ſub perſecutione Diocletiani, & Maximiani incendio, quod alios, quàm Chriſtum Deos adorare nollent, ab impijs conſumptorum ut ſcribit Euſebius. 7

*Sexto Idus Februarij, Luna.* D

17 28 9 20 1 12 23 5 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Armeniam minorem, natale ſanctorum Dionyſij, Aemiliani, & Sebaſtiani. Alexandriç ſanctę 8

Cointæ uirginis,& martyris,quæ cũ Idola nollet adorare,à Paganis per urbem pedibus nexis tracta,& diſcerpta eſt,Decio imperante.Cordubæ Salamonis martyris.Romæ Pauli epiſcopi,Lucii,& Cyriaci.

E *Quinto Idus Februarii, Luna.*

xiij. 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

9 APud Alexandriã,S.Apolloniç ſub Decii perſecutione,cui perſecutores cum dẽtes excuſsiſſẽt minabantur uiuã ſe eos incenſuros,niſi impia uerba proferret, Illa uerò paulũ intra ſe deliberans repente de manibus impiorum prorupit,& in ignẽ paratũ proſiluit; cuius corpus unà cũ reliquis Cointæ uirg.& Metrani martyrum Alexandriæ conditũ Syenæ apud Aegyptum ſanctorum Ammonis,& Alexandri. Item apud Cyprũ Ammonii confeſſoris Origenis diſcipuli.Fõtanellæ monaſterio ſancti Ausberti Rhotomagenſis epiſcopi. Apud Pontum Athenodori epiſcopi fratris beati Gregorii.Virduno Cœnobio Pauli epiſcopi,& monachi.

F ij *Quarto Idus Februarii,Luna.*

19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

10 NAtales S. Guilelmi conf.ordinis Eremitarũ S. Auguſtini, antea Ducis Aquitaniæ, & Comitis Pictauienſiũ à beato Bernardo abbate inſtructi. Romæ ſanctorum mart.Zotici,Hirenei, Hyacinthi, & Amãtii. In Oriente ſanctç Soteris Virg.quæ alapis cæſa,& cruciata,gladio martyriũ cõſummauit, Romç uia labicana militũ decẽ.Apud Caſsinũ S. Scolaſticæ uirg.ſororis S.Benedicti abbatis: qui eius animã i columbç ſpecie ad cçlũ ferri uidit,ut Gregorius ſcribit.In Pago Rotomagẽſi Auſtrobergæ uirginis, quç ſoror fuit Ausberti epiſcopi prædicti.

Tertio

*Tertio Idus Februarii, Luna.*

20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 9 G
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Aphrica ſanctorũ Saturnini præsbyt. Claudii, 11
Felicis, Apulei, & ſociorum, qui pro Chriſto paſſi ſunt, ſub Anolino Procõſule. Apud Lugdunũ ſancti Deſiderij epi. Alexãdriç depoſitio ſanctç Euphroſinç uirg. quæ ſub uirili cultu, in monaſterio per annos 38. mira abſtinentiç uirtute, & miraculis claruiſſe fertur: Pamnucii filia, cui tandem moriens ſe manifeſtauit, qui cùm in eius cella decem annos ſanctiſſimè ſuperuixiſſet, iuxta eam ſepultus eſt. Eodem die Caſtro Nauonẽſi S. Seuerini abb. cœnobii Agaunenſis, cuius precibus cultor Dei Rex Glodoueus à diutina infirmitate liberatus eſt.

*Pridie Idus Februarii, Luna.*

21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 10 A
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Hiſpania ſanctç Eulaliæ uirginis ex Emerita ur 12
be, Diocletiani tempore apud Barcinonem martyris illuſtris. Nam ſub Daciano *Præſide* uerberibꝰ, calce, oleo feruenti, plũboq; liquefacto, aliiſque cruciatibꝰ uirili animo ſuperatis, demũ decollata, unicum reliquit fortitudinis exẽplum. In Alexandria ſanctorum Modeſti, & Ammonii infantũ. Itẽ Macarii, Ruffini, & Iuſti apud Hiſpalim. Eodẽ die Gregorii ſecũdi Papæ. In Aphrica paſſio Damiani militis.

Itẽ Andegauis, Licinii, epiſcopi, & mart. Luciani confeſſoris. Itẽ Iuliani hoſpitatoris, qui Parentibus inopino caſu peremptis, unà cum uxore in fluuii trãſitu, uiatores hoſpitio, & officio ſuſcipiẽs, ueniã meruit, & charitatis operibus plenus, unà cum ea quieuit; Hic uenator fuiſſe perhibetur, qualem picturæ repræſentant.



Ayuntamiento de Madrid

E *Idus Februarij, Luna.*

22 4 14 25 7 17 28 10 20 1 12 23 5 15 26 8 18 29 11
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

xj NAtale Sancti Agabi prophetæ apud Antiochiam, de quo Lucas in apoſtolicis actibus. In Melitana ciuitate Armeniæ minoris, Polyoti martyris. Romæ Sancti Tranquillini presbyteri, qui ad prædicationem ſancti Sebaſtiani martyris conuerſus ad Chriſtum, à Polycarpo presbytero baptizatus, & à Caio Papa ordinatus eſt, & cum ad confeſsionem ſancti Pauli orationis gratia acceſsiſſet, a Paganis lapidatus eſt. Lugduni ſancti Stephani epiſcopi, & Iuliani apud Nicomediam martyrum. Andegauij ſancti Licinij epiſcopi magnę ſanctitatis uiri. Romæ ſancti Gregorii ſecundi Papæ tempore Leonis, & Conſtantini. In Nemore agri Lemonici, monte mureto, Stephani abbatis Grandimontenſium ordinis inſtitutoris anno ſalutis 1076. Apud Torcellum S. Fuſcæ uirginis, quæ cum Maura nutrice paſſa eſt Rhauennæ ſub Quintiano Prę ſide. Ipſo die Caſtoris conf. & Ormenildæ uirg.

xviij *Sexto decimo Calendas, Martij, Luna.*

G 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 12
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

14 ROmæ beati Valentini epiſcopi urbis Interamnii, qui cùm Cheremonem Cratonis philoſophi filiũ curaſſet, ipſumq́ue cum tribus diſcipulis Proclo, Pœbo, & Apollonio conuertiſſet, intępeſta nocte ſub Placido Pręfecto decollatus, & à tribus dictis diſcipulis ſepultus eſt. qui & ipſi ſub Leontio conſulari capite plexi, & per Abundium presbyterum tumulati ſunt. Item Romę beati Valentini presbyteri, qui cum Aſterium Præfectum illuminata eius filia cõuertiſſet, iuſſu Flaminia obtruncari iuſſus eſt à Claudio Imperatore: à Sabina matrona ſepultus, Aſterio cum

ſuis

ſuis apud Oſtiam perempto. Adhuc Romæ beatorum Vitalis, Feliculæ, & Zenonis. Alexandriæ Sanctorum Baſsi, Antonij, & Protolici in mare merſorum. Item Tyronis presbyteri, Moyſetis, Baſtiani, & Agathonis, qui omnes combuſti ſunt. Item Dionyſii, & Ammonij decollatorum.

*Quinto decimo Calendas Martij, Luna.* vij.D

24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 13
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Italia ciuitate Brixia natale Sanctorum martyrũ 15
Fauſtini, & Iouitæ, qui Adriano Imperãte equuleo, facibusque cruciati, tandemque pluribus conuerſis decollati ſunt, cum Cæſarem audaciter increpaſſent.

Apud Interamnium Agapes uirginis. Romæ Cratonis martyris, qui cum Cheremonem filium contractũ uidiſſet à Valentino prædicto curatum, cum familia tota baptizatus martyrio conſummatus eſt. Ciuitate Vaſionẽſi Galliarum ſancti Quindij episcopi miraculorum teſtimonio clari. Antiochiæ ſancti Ioſephi Diaconi. Ipſo die ſancti Elbonis præſulis, & Beati Seueri presbyteri. In Caſsienſi monaſterio Fauſti monachi, qui uitã ſancti Benedicti, cuius extitit diſcipulus, ſcripſit. Viennæ inuentio ſanctorum Iuliani, ac Ferreoli martyrũ. Paduæ tralatio ſancti Antonij minoritani.

*Quarto decimo Calendas Martij, Luna.* E

25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale beati Oneſimi, qui fuit ſeruus Philemonis, 16
ut ex epiſtola Pauli conſtat, qui eum Epheſiorũ epiſcopum ordinauit. Hic Romam ductus ac pro Chriſti fide lapidatus eſt, corpus autem Epheſum relatum, de quo Ignatius ad Epheſios ſcribens, meminit. Ciuitate Cumis, ſanctæ Iulianę virg. quæ ſub Maximiano Imperatore poſt cruciatus, & uincula Nicomediæ

Ayuntamiento de Madrid

diæ ſub Africano patre tolerata, pali cum Diabolo conflixit: deinde ſub Eulaſio præfecto, ignibus, & olla feruenti ſuperatis obtruncata, martyrium cōſummauit. Apud Aegyptum ſancti Iuliani epiſcopi, & martyris, cum aliis numero quinque millibus.

F *Tertiodecimo Calendas Martij, Luna.*

xv. 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 15
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

17 IN Perſide ciuitate Babilone, beati Pollocronii epiſcopi, & martyris, qui iubente Decio, ore lapidibus contuſo, manibus protenſis, oculis ad cœlū eleuatis, emiſit ſpiritum, cum quo ſimul cōprehenſi Parmena, Helymius, & Chryſochelus, presbyteri: Lucas, & Mutius diaconi: de quibus decimo calendas Maij. Apud urbem Concordiam paſsio ſanctorum Donati, Secundiani, & Romuli, cum aliis octoginta ſex. Ipſo die s. Syluini Cremonenſis epiſcopi. Item Sauini epiſcopi Canuſini, de quo Gregorius. In Scotia ſancti Fintani epiſcopi magnæ uirtutis uiri. Claro monte tralatio ſancti Lupiniani confeſſoris. Pariſijs tralatio ſancti Dionyſii epiſcopi & martyris.

G *Duodecimo Calendas Martij, Luna.*

iiij. 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 16
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

18 NAtale s. Simeonis epiſcopi, & martyris, filii Cleophæ, ac fratris Ioſeph Iuſti, & Iacobi minoris, poſt quem Hieroſolymam rexit: & ſub perſecutione Traiani cùm eſſet annorum 120. crucis ſupplicium pertulit. Ciuitate Oſtia ſanctorum martyrū Marini, Claudii, & uxoris eius Præpedignæ, cum duob⁹ filiis Alexādro, & Cutia, Qui cum eſſent preclari generis, à Caio Pontifice baptizati, per Gabinū presbyterum fratrē eorū, iuſſu Diocletiani à Iulio iudice tenti, atq; in exilium deportati, & incendio cōſumpti,

pti, odoriferum martyrii ſacrificiũ Deo reddiderũt. In Aphrica ſanctorum Rutili, Syluani, & Maximi. Alexandriæ Dionyſii epiſcopi. Item Pigmenii preſbyteri, & martyris.

*Vndecimo Calendas Martij, Luna.* A

28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 18 28 11 21 3 14 24 6 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale s. Gabini presbyteri, & martyris fratris S. 19
Gaii papę, qui à Diocletiano diu uinculis afflictus, ſpcioſa morte, cęli gaudia cõparauit, cuius filia Suſanna nuptias Maximiani filii Diocletiani cõtempſit. In Aphrica ſanctorũ Publij, Iuliani, & Marcelli martyrum. Eodẽ die S. Euſtathii patriarchæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Alexandriæ ſanctorum Iuliani, Euni, Macarii, Epimachi, Alexãdri, Metrani, Apolloniæ, Ammoniæ, Cointæ cum aliis decẽ martyribus ſub Decio. Romæ Caij, Victoris, & Potamiæ. In Germania Galli pſbyteri. Item Coronæ uirginis.

*Decimo Calendas Martij, Luna.* xii. B

29 11 22 3 14 24 6 17 26 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Tyrum ciuitatem Phœniciæ beatorum mar- 20
tyrum, quorum numerus ſoli Deo cognitus, qui iubente Diocletiano multis tormentorũ generibus ſibi inuicẽ ſuccedentibus, occiſi ſunt ſub Veturio militũ magiſtro. Primũ quidẽ flagris laniati, dehinc diuerſis belluarũ generibus traditi, ſed ab his diuina uirtute cuſtoditi, ferro, flãmis, aquis, ſuſpẽdio, & inedia martyriũ conſummauerũt. Horũ glorioſã multitudinẽ incitabant ad uictoriã Tyrãnius, & Syluanus, ſed & Philenus, atq; Linus epiſcopi; Zenobius quoque presbyter, qui felici agone unà cum his martyrii palmam adepti ſunt. Eodẽ die in Cypro inſula ſanctorũ Potamii, & Nemeſii. Catanæ in Sicilia Leonis epiſco-

Ayuntamiento de Madrid

epiſcopi, qui Chriſti uirtute armatus, Heliodorum magnum inſigne in flammis deſtruxit.

j.C *Nono Calendas Martij.*

1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

21 IN Sicilia ſanctorum martyrum ſeptuagintanouem, qui ſub Diocletiano per diuerſa tormenta in cōfeſſione ſua corona à Chriſto ſibi præparatam percipere meruerunt. In Aphrica ciuitate Adrumento, Sāctorum Veroli, Secundi, Seruuli, & aliorum uiginti. Romæ Hilarii Papæ. Item Symmachi Papæ, qui Gloria in excelſis in feſtis cantari iuſſit. Metis ciuitate Felicis epiſcopi, quæ ſedit annos quadraginta duos cum dimidio.

D *Octauo Calendas Martij, Luna.*

2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 21 3 14 24 6 17 27 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

22 APud Antiochiam Cathedra s. Petri apoſtoli, qui Paulo adiuuante, uinclis eductus cùm Teophili præfecti filium defunctum ſuſcitaſſet, populo cōuerſo ſeptenniū præfuit, pulſo Simone mago, ut ex itinerario Clementis conſtat. Eodē die beati Papiæ Hieropolytanæ ciuitatis epiſcopi, qui Ioānis apoſtoli auditor, Polycarpi autem condiſcipulus, & ſodalis fuit. Item Salaminæ in Cypro Ariſtonis, unius ex 72. Chriſti diſcipulis. Alexādriæ ſancti Abylæ epiſcopi, q tertius à beato Marco tredecī annis ſacerdotiū uirtute cōſpicuus miniſtrauit. Ipſo die Teclę uirginis.

E ix *Septimo Calendas Martij, Luna.*

3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

23 APud Firmum Italię ciuitatem in Picenis beati Sereni monachi, & martyris, qui iubente maximiano Imperatore, tentus cum ſe Chriſtianum eſſe

Ayuntamiento de Madrid

eſſe confiteretur, capite cæſus eſt. Nam Serenus abbas in Scythiaca eremo Aegypti ſãctitate, & caſtimonia inclytus alius fuit. Item natale ſanctorum ſeptuaginta duorũ, q martyrii certamine in præfata urbe conſummato, regna mãſura perceperunt. Romæ beati Polycarpi presbyteri, qui cũ beato Sebaſtiano plurimos ad fidem Chriſti conuertit: atque ad martyrii gloriam hortando perduxit. Item Gerardi epiſcopi, & ſociorum martyrum apud Danubium tẽpore Stephani regis. Item inuẽtio corporis s. Cęlii præſulis. Eodem die Vigilia beati Matthię apoſtoli.

*Sexto Calendas Martij, Luna.* F

4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 22
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

NAtale S. *Matthiæ Apoſtoli*, qui poſt Aſcenſionem Domini ab apoſtolis ſorte electus in Iudæ locũ ſucceſſit, & in Macedonia primum, inde in Iudæa prædicauit, ubi lapidatus, ac ſecuri percuſſus à Iudæis, occubuit. In Cęſarea Cappadocię s. Sergii martyr. cuius geſta præclara habentur. Item inuẽtio capitis præcurſoris Domini tẽpore Martiani principis, ſicut duobus monachis fuit reuelatum. Ipſo die beati Meforcij cõfeſſoris. Treueris ſãcti Modeſti Epiſcopi. 24

*Quinto Calendas Martij, Luna.* G

5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 23 xvii.
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Aegyptum ciuitate Dioſpoli ſanctorum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioſcori Serapionis, & Papię ſub Numeriano Imperatore, ac Sabino Præſide, quorum primus, ac ſecũdus in cauea foraminata incluſi, ac tranſpuncti, tertius ſponte caueam ingreſſus, ac iuſſu Præſidis eductus, ſuper craticulam aſſatus, ac trucidatus eſt pro cõfeſſione Deitatis. Claudianus, & Dioſcorus flammis incenſi, 25

Ayuntamiento de Madrid

cenſi: Serapion,& papias gladio cæſi, celebre marty rium conſummantes. In Pago trecaſsino Victoris cō feſſ. Bituricas Valburgæ uirg. In Gallia Furſei monachi. In Sicilia ſancti Gerlandi ex Burgundia epiſcopi Agrigentinorum, tempore Rogerii Comitis.

A.vj. *Quarto Calendas Martij, Luna.*

6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

26 IN ciuitate Perga Pamphiliæ, beati Neſtoris epiſcopi, qui ſub perſecutione Decii, fuſis iugiter ꝓ grege pcibus, nomen Chriſti liberè confeſſus, ſub Pollione præſide, equuleo tortus, atq; crucis ſuſpēdio uictor migrauit. Alexandriæ, ſancti Alexandri epiſcopi glorioſi ſenis, qui Arrium hæreſis conuictũ, eiecit: & poſtea in Concilio Niceno 318. *Patrum* damnauit. Item Fortunati, & Felicis, & aliorum uigintiſeptem. Niuernis Agricolai pontificis.

B *Tertio calendas Martij, Luna.*

7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 29 11 22 3 14 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 ALexandriæ ſancti Iuliani mart. qui podagra uexatus, & cũ Euno miniſtro ſuo, ſella delatus, ad impium iudicem, camelis impoſiti, perq; urbem flagris uſq; ad necem laniati. In Hiſpaniæ ciuitate Hiſpali ſancti Leādri epi, ad quem Gregorius papa moralia inſcripſit, & cuius frater, & ſucceſſor fuit Iſidorus, qui ſcripſit Etymologias; atq; cuius prædicatione, & induſtria Gothi ab Arriana impietate per Recarendũ Regem ſunt conuerſi. Lugduno ſancti Baldomeri uiri Dei: cuius ſepulchrũ miraculis noteſcit. Ipſo die Alexandri, Abũdii, & Fortunii mart. Romæ Ioannis monachi, qui diu peregrinatus, in ędibus paternis incognitus māſit; ſeq; ante obitum Eutropio, & Theodorę parentibus manifeſtauit. Item in Scytho-

Ayuntamiento de Madrid

thopolis deſerto Ioannis abbatis,qui opere ſemper, ac uerbo docuit. Item in Thebaide Ioannis alterius abbatis abſtinentia,& oratione clari. Item in deſerto Sutriæ Ioannis Anachoretę,qui cõſolationis gratia pręcelluit. Fuit,& alius Ioãnes,qui ad iuſſum abbatis ſui Pauli Leęnam ligatam duxit, tantùm obedientia,& humilitas potuit. Adhuc & alius beneuolus,& munificus erga fratres. Et Ioãnes minor Therbęus Ammonis diſcipulus, qui duodecim annis infirmo patientiſsimè ſeruiuit. Item Ioãnes breuis ſtaturæ,obedientia conſpicuus apud Scyatim: ad cuius irrigationem ſurculus aridus fructificauit.

*Pridie calendas Martii,Luna.* C

8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26 xiiij.

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

PApię tralatio ſancti Auguſtini Epiſcopi. Nã Hippone à Barbaris occupata, Diui Auguſtini corpus,eſt in Sardiniam delatum,& ea quoque inſula à Sarracenis capta, corpus ipſum à Liutprando Longobardorum Rege pecunia multa redẽptum,ac Papiam tralatum eſt anno ſalutis 718. In agro Lugdunenſi,locis uirentibus depoſitio ſancti Romani abbatis,qui primus ibi eremiticam uitam duxit;atque uirtute,& ſignis clarus,quàm plurium pater extitit monachorum. Eodem die ſanctorum Macarii,Ruffini,Iuſti,ac Theophili.Item Oſualdi martyris, Atque Oneſimæ,& Ruffinæ uirginum.Apud Aegyptum Macarii confeſſoris,qui in deſerto Nitriæ unà cum Iſidoro,Heraclide, & Pambone uixit, tempore Valentiniani imperatoris: & cui Leæna cum catulis manſueſcebat. qui Antonii diſcipulus fuit, & tertius huius nominis. 28

CALEN-

Ayuntamiento de Madrid

iii.D CALENDIS MARTII, LVNA.

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27
Dies A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

1 ROmę ſanctorum martyrum ducentorum ſexaginta, quos pro Chriſti nomine, primo arenam fodere iuſsit Claudius, deinde extra portam Salariam in Amphitheatro militum ſagittis interfici. Eodem die ſancti Donati Marty. qui ſub iudice Vrſacio, & Marcellino Tribuno, Carthagine paſſus eſt. Andegauis S. Albini epiſcopi magnæ uirtutis, ac ſanctitatis. Marſiliæ ſanctorum Hermetis, & Hadriani. Apud Peruſiam ſub Rege Gothorum Totila, ſancti Herculani epiſcopi, & Mart. Apud Antinoum urbem Aegypti Leonidę martyris. Item Cutberti Verdanenſis epiſcopi temporibus Pipinii Regis.

E *Sexto Nonas Martij, Luna.*

10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

2 ROmę uia Latina, ſanctorũ Iouini, & Baſilei, qui paſsi ſunt Galieno, & Valeriano Imperatoribus. Item Romæ plurimorum martyrum, quos diu cruciatos Alexander Imperator capitali ſententia damnauit. Itẽ Lucii epiſcopi, Abſalonis, & Largi. Eodem die quadringentorum ferè martyrum à Longobardis Italiã uaſtantibus interfectorum, ut refert Gregorius. Item Simplicii Papæ, qui urbem in quinque Eccleſias diſtinxit, ſcilicet ſanctorum Petri, Pauli, Ioannis, Laurentii, & ſanctę Marię maioris. Et redditus Eccleſiaſtici unam partem epiſcopo, alteram fabricæ, tertiam pauperibus, poſtremam clericis deberi declarauit.

*Quinto*

Ayuntamiento de Madrid

 Fxj.

*Quinto nonas Martij, Luna.*

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Cæſareā Palæſtinæ ſanctorum Marini mi- 3
litis, & Aſterij Senatoris, ſub perſecutione Va-
leriani; quorum prior à commilitonibus dela-
tus, chriſtianum ſe confeſſus, capitis abſciſione, mar
tyrium ſuſcepit. Cumque ſequens obtruncatum cor
pus ſubſtrata veſte efferret in humeris, honoré quē
martyri detulit, continuò martyr ipſe accepit. Eodē
die natale ſanctorū Hemitrerij, & Phelidonij, q. ſub
perſecutionis procella; in Hiſpanijs apud Legionen
ſem urbem pluribus afflicti ſupplicijs. Inde Palagu
rium ducti, atq; capite cæſi, martyrio coronati ſunt.

*Quarto nonas Martij, Luna.* G

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ uia Appia S. Lucij Papæ, qui ſub perſecu- 4
tiōe Valeriani, & Galeni, ob Chriſti ſidē relega
tus, & mox Dei nutu redire ꝑmiſſus, martyriū
capitis obtruncatione promeruit. Itē Romę uia Ap
pia ſanctorum martyrum nongentorū, qui poſiti sūt
in cœmeterio ad ſanctā Ceciliā. Eodem die ſancti
Caij Palatini in mare merſi, & aliorū uigintiſeptē
Nicomedię paſſio ſanctorum Hadriani, & aliorū ui
gintitriū, cuius corpus Romā tralatū, ac ſepultū eſt,
ſexto idus Septembris. Treueris Baſſini præſulis.

*Tertio nonas Martij, Luna.* xix.

13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 11 A
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Antiochiam natale S. Phocę mart. qui poſt 5
multas, quas pro nomine Redēptoris paſſus eſt,
iiurias, qualiter de antiquo illo ſerpēte triūpha
uerit, hodie populi cōcurſu declarat. Eo die paſſio
C ſancti

ſancti Euſebij Palatini, & aliorum nouem martyrũ. Item Theophili Epiſcopi Paleſtinæ ciuitatis, quæ turris Stratonis, ſiue Cæſarea dicebatur, uiri doctiſsimi.

viii. *Pridie nonas Martij, Luna.*

B 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

6 NIcomediæ natale ſanctorum Victoris, & Victorini, qui per triẽnium cum Claudiano, & Baſſa uxore ſua, tormentis multis afflicti, & retruſi in carcerem, ibi uitæ curſum impleuerunt. Toleti depoſitio ſancti Iuliani Epiſcopi multæ famæ apud incolas. Apud Terdonam paſsio beati Martiniani Epiſcopi ſub Adriano Imperatore, ac Sapricio Pręfecto. Item ſancti Cyrilli carmelitæ, cui in duabus tabellis argenteis gręcè ſcriptis multa cœlitus ſunt reuelata. Treueris beati Cyriaci præsbyteri.

C *Nonis Martij, Luna.*

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

7 CIuitate Tuburba in Aphrica propè Bragadam Fluuium, ſub Valeriano, & Galeno Imperatoribus ſanctorum martyrum. Perpetuæ, & Felicitatis, & cum eis Reuocati, Satyri, Saturnini, ac Secundi; quorum ultimus in carcere quieuit, Saturninus decollatus, Satyrus, & Perpetua à Leonibus, Reuocatus, & Felicitas à Leopardis diſcerpti ſunt, ſub Proconſule Tarnutio. Eodem die in Italia monaſterio Foſſæ nouæ, ubi fuit forum Appij, Thomæ Aquinatis ordinis Prædicatorũ doctoris celeberrimi, qui obiit anno ſalutis 1274. cuius corpus Toloſam tralatũ eſt. Apud Valeriam prouinciam ſancti Equitii abbatis, cuius meminit Gregorius in Dialogis.

*Octauo*

Ayuntamiento de Madrid

*Octauo idus Martij, Luna.* xvi.

16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 D
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN ciuitate Antinoi apud Aegyptum ſub Hadriano 8 præſide, ac Diocletiano Imperatore, ſanctorum Philemonis, & Apollonii diaconorum: qui cùm conſtanter Idolis ſacrificare recuſaſſent, perforatis pedibus, per ciuitatem tracti, atque gladio cæſi martyrium conſummauerunt. Eodem die, ſub iiſdem apud prædictam urbem, paſsio ſanctorum Hadriani, Theorici, & aliorum trium, qui in mare ſummerſi officio Delphini ad litus reſtituti ſunt. Carthagine ſancti Pontii diaconi beati Cypriani Epiſcopi, cui comes in exilio fuit; & cuius uitam, ac paſsionem ſcripſit Toleto Iuliani Epiſcopi pietate, literiſque præditi.

*Septimo idus Martij, Luna.* E

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

APud Nicenam ciuitatem depoſitio ſancti Grego 9 rii Epiſcopi fratris beati Baſilii Cæſarienſis, tã uita, quam eruditione clari. Barcinonæ ſancti pa ciani Epiſcopi, qui temporibus Theodoſii principis optima ſenectute finẽ uitæ ſortitus eſt. Apud Seba ſten Armeniæ minoris natale ſanctorũ quadraginta militum, qui tempore Licinii Regis ſub Agricolao Præſide poſt uincula, & carceres, poſt cæſas lapidibus facies, miſsi ſunt in ſtagnum, ex quorum numero unus algoris impatiens profugit ad balneum, & in calore defecit, cuius uicem cuſtos conuerſis ſupple uit. Erant autem in his nobiliores Quiritius, & Candidus.



Ayuntamiento de Madrid

*Sexto idus Martij, Luna.*

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

10 APamiæ natale ſanctorũ Alexandri, & Caii martyrum, qui ut Apollinaris Hierapolitanus epiſcopus ſcribit, in libro aduerſus Cataphrygas, perſecutione Antonini ueri martyrio coronati ſũt. In Perſide ſanctorum martyrum quadragintaduorũ. Pariſij depoſitio ſancti Dorothei abbatis, diſcipuli beati Germani epiſcopi. Bobii, cœnobio Luxouieſi ſancti Attali abbatis. Item Anatholii Alexandrini, & epiſcopi Laodiciæ in Syria, ſanctitate, literiſque clari, tempore Probi, & Cari imperatorum.

G *Quinto idus Martij, Luna.*

xiii. 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

11 IN Carthagine ſanctorũ martyrũ Heraclii, & Zozimi, †Alexandri, Cãdidi, Piperionis, & aliorum uiginti. Ipſo die ſanctorũ Gorgonii, & Firmi. Itẽ Attali abbatis, q. Colũbano ſucceſsit, de quo pridie. Apud Sebaſten Armeniæ quadraginta militũ, de quibus nudiũs tertius. In quibus non omittẽdum eſt, ꝙ inter eos Meliton ætate minimus, cũ ſolus poſt crurifragiũ uiueret, a matre animabatur ad conſtantiã, & ab ea ſublatus ad incendii locũ, quo uehiculis cætera corpa uectabãtur, inter brachia matris expirauit: & ab ea cæteris iã ambuſtis eſt iniectus; Quorũ oſſa in fluuiũ Iridẽ proiecta, ſed poſtmodũ collecta ſunt.

† *alij Alexandri Philonis epiſcopi Valerij, Candidi, & aliorũ 20.*

*Quarto idus Martij, Luna.*

20 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 10 21 2 13 24 5 16 27 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

12 ROmæ beati Gregorii papæ Eccleſiæ doctoris, & monachi, Anglorum apoſtoli, qui ſedit Mauritio imperante, paternas ædes in cœnobium conuertit,

uertit, & in Sicilia ſex monaſteria extruxit; ꝑcipiens Romanorũ ſtatuas, & quicquid erat operis admirãdi, precipitari iuſsit in Tyberim, ne curioſitas Chriſtianos diſtraheret. Ceremonias, & Pſalmodias iſtituit. & mĩta utiliſsima cõſcripſit. Nicomediæ paſsio s. Petri, q. Diocletiani cubicularius, cũ q̃relas i gereret de martyrũ ſupplicijs, ei⁹ iuſſu ſuſpẽs⁹, flagris tort⁹, aceto, & ſale ꝑfuſus, & in craticula aſſat⁹ eſt. Ibidẽ paſſio Egduni p̃sbyteri, & aliorũ ſeptẽ, q. diebus ſingulis ſuffocati ſunt. Romæ Inno. papæ, & Maximiliani mar. In Britãnia Pau. Leonẽſis epi tpe Iuſtini iunioris.

*Tertio idus Martij, Luna.* B

21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Nicomediæ ſanctorũ martyrũ Macedonii p̃sbyteri, Patritię uxoris eius, & filiæ ipſius Modeſtæ. Niceæ ſanctorũ martyrũ Theoſebij, & Horris filii eius, Nymphodoræ, Theodoræ, Marci, & Trabiæ, qui oẽs igni traditi ſunt. In Thebaide depoſitio S. Euphraſiæ uirginis, tpe Theodoſij imper. q̃ ob contẽptũ nuptiarũ, & ſingularẽ patientiã, mirum in modũ cõmendatur; Nam amiſſo patre Antigono Senatore, cũ matre ex Bizantio in Aegyptum cõmigrauit, & in cœnobio uirginũ ſanctiſsimè uixit, atque patiẽtię fuit unicũ exẽplũ. Ipſo die, monaſterio Cluniaco, tralatio S. Conſortiæ. Niuernis, Vincẽtij p̃sbyteri. 13

*Pridie idus Martij, Luna.* x. C

22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

Romæ paſsio ſanctorum martyrũ quadraginta nouẽ, qui baptizati ſunt à beato Petro apoſtolo cũ detineretur in cuſtodia Mamertini cũ coapoſtolo ſuo Paulo, ubi nouẽ mẽſes, detenti ſunt, qui oẽs ſub deuotiſsima fidei cõfeſsione Neroniano gladio 14



Ayuntamiento de Madrid

cõſumpti ſunt. In Aphrica S. Petri mar. Itẽ S. Euphra
ſii. Eodẽ die S. Zachariæ põtificis Græci, qui Synodo
ĩ Galliis habita, uenationẽ, & aucupiũ clericis inter
dixit. Lugduni tralatio Bonauẽturæ ordinis minorũ
Albanẽſis epi. *Laodiciæ* paſsio beati Sagaris epi ſub
Sergio Paulo procõſ. tpe Antonini impera. Carnuti,
depoſitio Leobini põt. Itẽ Petri abbatis Clareuallẽ.

D *Idibus Martij, Luna.*

234 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

15 IN Cæſarea Cappadociæ paſsio ſancti Longini, qui
latus Domini lancea perforauit: ſub Octauiano
præſide, poſt linguam abſciſam, denteſq; excuſſos,
decollati. Itẽ natale S. *I*acobi filii Zebedei. Theſſalo
nicæ natale ſanctæ Matronæ uirginis, quæ à Domina
ſua Plautilla deprehẽſa, ac multipliciter afflicta, &
fuſtibus cæſa, incorruptũ Deo ſpiritũ reddidit. Itẽ Za
chariæ Papæ, de quo pridie, q̃ D. Gregorii dialogos
in Græcũ trãſtulit, & p̃ Bonifaciũ Magũtinũ epm, Pi
pinũ Caroli Mag. Patrẽ, ĩ Sueſionẽſi urbe coronauit.

E *Decimoſeptimo Calendas Aprilis*, Luna.

24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

16 ROmæ paſsio sãcti Cyriaci diaconi, qui diuturno
carcere maceratus, liquenti pice perfuſus & in ca
taſta extenſus, attractus etiam neruis & fuſtibus
cæſus, tandem cum Siſinnio condiacono, Largo, ma
ragdo, Creſcẽtio, & aliis uiginti, iuſſu Maximiani ob
truncatus eſt, quorũ tumulatio 6. idus Auguſti recoli
tur. Apud Aquileiã Hilarii epi, & Tatiani diaconi
ſub Numeriano Impera. & Beronio præſide, qui poſt
multos cruciatus cũ terremotu tẽplũ Herculis euer
ſum, multiq; ex paganis oppreſsi fuiſſent, in uinculis
una cũ Felice, Largo, & Dioniſio, gladiis trãsfixi sũt

Sexto

Ayuntamiento de Madrid

*Sextodecimo Calendas Aprilis, Luna.* 3 vii. F

25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 11

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ

IN Scotia natale ſancti Patritii epiſcopi, qui primus ibi Chriſtũ euangelizauit,& maximis miraculis,& uirtutibus claruit,atque in Ibernia ad edomandos barbaræ Gẽtis animos,ope diuina baratrum fecit horrendũ,quod S.Patritii Purgatoriũ hucusq; appellatur,in quod deſcendentes quidã,reuerſi,mirabilia ſe uidiſſe referunt.Monaſterio Niuigella ſãctę Gertrudis,uirginum præfectæ,cuius obitum Modeſta Treuerẽſis abbatiſſa, quàmuis longe ſemota indicauit.Alexandriæ ſanctorũ Collegii diaconi, Rogati, & Satyri mart. In Campania ſanctorũ Quinti,Luciani, Victoris, & Mauri mart. Nicomediæ ſanctorum Aprilis,& Seruilii. Cabiluno s.Agricolæ epiſcopi. 17

*Quintodecimo Calendas Aprilis, Luna.* G

26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale beati Alexandri epiſcopi, qui ex Cappadocia,& propria ciuitate ſanctorũ locorum deſiderio,Hieroſolimã ueniens,diuina reuelatione eiuſdẽ loci gubernationẽ ſuſcepit,adiutor Narciſſi epiſcopi,tunc iã ſenio grauati,& poſt uenerandã ſenectutẽ,ductus Cæſareã,ſub ꝑſecutione Decii,ꝓ Chriſto martyr occubuit. Itẽ Eldebardi Regis Martyris. 18

*Quintodecimo Calendas Aprilis, Luna.* A xv.

27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

M*Emoria beati Ioſeph ſpõſi beatiſſ. uirginis Mariæ.* qui Chriſti Seruatoris ſicut nutritor fuit,ita pater putari meruit. Brixię ſancti Caloceri mart. qui per ſanctos Fauſtinum, & Iouitam conuerſus, ſub Sapricio præfecto,& Imperatore Hadriano in ciuita- 19

te Aſtenſi martyriũ paſſus eſt. Ipſo die natale beati
Ioannis magnæ ſanctitatis uiri, q ex Syria oriũdus,
peruenit ad Italiã, & in urbe Panacenſi cõſtructo cę
nobio, pluriũ ſeruorũ Dei per annos quadraginta pa
ter exiſtẽs, uirtute clarus, ac miraculis, quieuit ĩ pace.
Apud Surrentũ ſanctorũ Quinti, Quintilli, Quartil-
lę, & Marci cũ aliis nouẽ. Ipſo die Sãctorũ Theodori
Apollonii, & Leõtij epõrũ. Itẽ tralatio Marię ſoro
ris Lazari ex Aquitania in Verceliacũ monaſterium.

B *Tertiadecimo Calendas Aprilis, Luna.*

iiii. 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

20 IN Aſia S. Archippi cõmilitonis beati Pauli apo
ſtoli, cuius idẽ Apoſtolus meminit ſcribẽs ad Co
loſſenſes. In Syria ſãctorũ Pauli, Cyrilli, Eugenii,
& aliorũ quatuor martyrũ. Monaſterio Fõtanella S.
Vulfranii cõfeſſoris. In Britãnia ſãcti Cutberti Lide
farcienſis epiſcopi, ex anachoreta, miraculis clari.

C *Duodecimo Calendas Aprilis, Luna.*

29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

21 APud Caſsinũ in Italia natale beatiſsimi Benedi
cti abbatis, cuiꝰ uitã uirtutibus, & miraculis glo
rioſã D. Gregorius Papa ſcribit. Claruit autẽ tẽ
pore Iuſtini ſenioris. Alexãdria beati Serapiõis Ana
choretę magnarũ uirtutum uiri: & decem milliũ mo
nachorũ Patris. In Agro Lugdunẽſi s. Lupicini abba
tis cuiꝰ uita, ſãctitate, ac miraculorũ gloria illuſtris
fuit. Apud Tridẽtum, Simonis puerulinondũ trien-
nis: quẽ Iudęi anno ſalutis 1475. comprehenſum, cul
tris, forficibuſq; crudeliter ſecantes, ac ſtyllis pungẽ
tes, in chriſtianorũ cõtemptũ occiderũt, qui ſceleris
pęnas dederũt deprehẽſi, indicio cadaueris ĩ fluuio
reperti, quod magnificè tumulatũ miraculis claruit.

Vnde-

Ayuntamiento de Madrid

*Vndecimo Calendas Aprilis, Luna.* xij.D

30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18
A b c d e f g h i K l m\n o p q r ſ t

IN Galliis ciuitate Narbona s.Pauli epi diſcipuli 22 apoſtolorũ,q. á beato Paulo apoſtolo baptizatus, & in Galliam directus,apud Narbonã epiſcopali dignitate donatus eſt. In Aphrica ſanctorum Saturnini,Fidelis,& aliorum nouem martyrum. Bituricar Aphrodiſii Aegyptii Bituricẽſis epiſcopi.Corinthi,Dionyſii pſulis,de quo infra ſexto idus Aprilis.

*Decimo Calendas Aprilis, Luna.* i. E

1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

CArthagine in Aphrica ſanctorum martyrum Fi- 23 delis,& Victoriani. Tabudis autẽ oppido beati Frumẽtij,& alteri⁹ Frumẽtij,& duorũ germanorũ,q. perſecutione Vãdalica, ut ſcribit Victor Aphricanus eps ſub Honorico Rege pro conſtantia catholicæ confeſſionis, immanibus ſuppliciis excruciati, egregio martyrio coronati ſunt. Item Liberati abbatis,Bonifacii diaconi,Ruſtici,& Seruii ſubdiaconorum Rogati,Septimii, & Maximi monachorum, qui omnes paſſi ſunt ſecuti exemplũ duodecim infantum, ibidem uerberibus interfectorũ. Itẽ paſſio S.Liberati medici cum uxore in Aphrica ſub Arrianis trucidatorum,& eorundem duorum filiorum,& alterius pueri ſeptennis in gurgitem demerſorum: necnon Creſcentii pręsbiteri, qui apud Turzetanã ciuitatem in ſpecu montis clauſus defecit. Antiochiæ ſancti Theodori pręsbyteri. Cæſareæ ſancti Iuliani confeſſo.Eodem die inuentio corporũ ſanctorum Dioniſii Pariſienſis episcopi,Ruſtici, & Eleutherii prasbyterorum martirum.



Ayuntamiento de Madrid

*Nono Calendas Aprilis, Luna.*

2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

24 ROmæ paſsio beati Pigmenii prȩsbiteri, hic Iulianum apoſtatã à pueritia enutriuit, & ſacris literis erudiuit : à quo ipſe poſtea pro Chriſti fide in Tyberim præcipitatus eſt. In Mauritania ſanctorum Romuli, & Secundoli fratrum, qui pro Chriſto paſsi ſunt. In Syria S. Seleuci conf. In Phrygia sãcti Agapiti confeſſoris. In Perſide Simeonis epiſcopi. In Aphrica Muritæ diaconi, & aliorum clericorum, qui ab Elpidephoro apoſtata, quẽ ipſe baptizauerat, cæſi, ac nudi expulſi, inedia, ſiti, ac frigore defecerunt. Item ſanctorum Victoris, & Coronæ.

G ix *Octauo Calendas Aprilis, Luna.*

3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

25 A*Pud Nazareth ciuitatem Galilææ, Annuntiatio dominica, & conceptio Chriſti Saluatoris.* Memoria Gabrielis Archangeli, qui etiam beatæ uirginis, & ſancti Ioannis Baptiſtæ prænunciauit ortum. Romȩ ſancti Cyrini martyris, qui à Rege Claudio bonis mulctatus, ſquallore carceris, ac uerberibus afflictus, & gladio interfectus eſt. Apud Sirmium Panoniæ urbem, paſsio sãcti Hirenei epiſcopi, qui ſub Maximiano tormentis, ac longo carcere uexatus, atque obtruncatus, & in Sauum fluuium proiectus ſub præſide Probo. Nicomediæ ſanctȩ Dulæ ancillæ cuiuſdam militis pro caſtitate occiſæ. Fuit & Potamenia uirgo quædam pulcherrima Alexãdriȩ temporibus Maximiani, quæ domini libidinem abominata, eius iudicio, Chriſtiana deprehenſa, in ahenum liquefactæ picis iniecta eſt. Quo etiam tempore obiiſſe Didymum ab infantia cæcum, ſed totius ſacræ ſcripturæ

Ayuntamiento de Madrid

pturæ peritum ſenem conſtat. Item uirginem nomine Alexandrinam, quę in ſepulchro clauſa decem annos uixerat, quo iuueni amanti ſe ſcandalum uitaret; ut Heraclides in uitis Patrum refert.

*Septimo Calendas Aprilis, Luna.*

4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 A
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

MEmoria paſsionis Chriſti Saluatoris. Apud Pentapolim Libyæ ſanctorum martyrum Theodori 26
epiſcopi, Hirenei diaconi, Serapionis, & Ammonii lectorum. Romæ uia Labicana ſancti Caſtuli martyris, qui, ut in geſtis beati Sebaſtiani legitur, à perſecutoribus tertio comprehēſus, tertio auditus, in confeſsione Domini perſeuerans, in foueā miſſus, harenaria maſſa obrutus eſt. In Sirmio Pannoniæ urbe ſanctorum Montani præsbyteri, Demetrii diaconi, & Maximę uirginis, tempore Maximiani, in Sauum fluuium merſorum ſub Probo pręſide. Treueris, Felicis pręsbyteri. Huc refertur memoria Diſmæ latronis, cui Saluator in cruce Paradiſum promiſit. Romæ Quirini martyris ſub Claudio, de quo pridie.

*Sexto Calendas Aprilis, Luna.*

5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 B
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t xvii.

IN Aegypto beati Ioannis eremitę, qui annos ſeptuaginta in cella clauſus, apud Thebaidem per fe 27
neſtellā reſponſa dabat, & prophetico ſpiritu plenus, Theodoſio Imperatori uictoriam de Eugenio, & Aethiopum copiis prædixit. In Pannonia ſancti Alexandri martyris. Apud Smyrnam ſancti Thraſeæ epiſcopi, Eumenię martyris. Caſtro Conſtandino, Honorinæ uirginis, & maryris. Eodem die ſancti Martiniani epiſcopi, & martyris.

Quin.

Ayuntamiento de Madrid

C vi. *Quinto Calendas Aprilis, Luna.*

6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

28 DIes reſurrectionis Dominicæ. In Cęſarea Paleſtinæ, ſanctorum martyrum Priſci, Malchi, & Alexandri, qui perſecutione Valeriani, diuino fidei calore ſuccenſi, ultro iudicem crudelitatis obiurgantes, ab eo beſtiis deuorandi traditi ſunt. Tharſo Ciliciæ ſanctorum Caſtoris, & Dorothei martyrum. Apud Cabilunum Galliæ depoſitio ſancti Guntrani Burgundiæ regis, qui reiectis ſeculi pompis, & ſpiritui deditus, theſauros Eccleſiis, & pauperibus erogabat. Apud Naxũ, ſiue Neſũ Siciliæ oppidũ S. Cononis Baſiliani monachi abſtinẽtia, & ſanctitate clari, tẽpeſtate Rogerii ſecũdi, anno ſalutis 1236. Ad hunc diẽ referẽdi ſunt Ioſephus ab Arimathea iudeæ Decurio & Nicodemus Gamalielis nepos, & auditor, ambo Chriſti diſcipuli, euãgelico pconio illuſtres, ĩ ſepultura Dominica officioſi, eiusq; reſurrectionis teſtes.

D *Quarto Calendas Aprilis, Luna.*

7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

29 APud Aphricam ſanctorum Armogaſti, Archimiani, & Satyri, qui ſub Vandalica perſecutione, ac Genſerico Rege, pro confeſsione ueritatis multa, & grauia ſupplicia, atque opprobria perpeſsi, curſum glorioſi certaminis impleuerunt. Ipſo die depoſitio ſancti Euſtaſii abbatis monaſterii Luxouienſis, qui ſancti Columbani diſcipulus, uita, & miraculis claruit, pater ſexcentorum monachorum. Nicomediæ paſsio ſanctorum Paſtoris, & Victorini.

xiiii. *Tertio Calendas Aprilis, Luna.*

E 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Romæ

Ayuntamiento de Madrid

ROmæ uia Appia paſsio B. Quirini Tribuni, q. ab 30
Alexandro Papa, ob filiæ Balbinę curationem,
conuerſus, ſimul & hortatu Hermetis præfecti,
quem ipſe cum Alexandro in uincla coniecerat:
Traiano imperante, ſub Aureliano præfecto, poſt lin
guæ abſciſionem, & equulei ſuſpenſionem, manuūq;,
ac pedum, truncationem, agonem martyrii conſum-
mauit. Theſſalonicæ natale ſanctorum Donnini, &
Victoris. Apud ciuitatem Aſtenſem ſub Hadriano
imper. & Sapritio præfecto ſancti Secundi mart. mi
litis à S. Calocero in uinculis inſtructi, qui Martia-
num epiſcopum Aſtenſem, & martyrem ſepelierat.
Apud ciuitatem Syluanectenſium ſancti Reguli con
feſſ. qui Ioannis apoſtoli apud Epheſum diſcipulus
fuerat; inde à Dionyſio Pariſiēſi epiſcopo Arelaten
ſis præſul factus idolo Martis ſubuerſo, Chriſtum, &
apoſtolos annunciauit. Aureliani paſtoris epiſcopi,
Antiſiodoro Mamertini abbatis in æde ſancti Ger-
mani epiſcopi, à quo baptizatus fuerat, ſepulti.

*Pridie Calendas Aprilis, Luna.* iii. F

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

AMos prophetæ, quē Ozias rex Iſrael per tēpora, 31
uecte transfixum necauit; unde ſemiuiuus in pa-
triam relatus, ac ſepultus eſt. Item Amos abba-
tis in deſerto Scytiopolis 1500. monachorū patris.
Fuit & Ammonius abbas, qui in eremo Nitriæ cum
Euſebio, & Euthymo fratribus habitauit, quorum
& quartus frater Dioſcurus epiſcopus fuit. Romæ S.
Balbinę uirginis filiæ Quirini mart. quæ poſt deui-
ctū huius ſeculi curſum ſepelitur uia Appia in cęme
terio Prętextati, iuxta patrem ſuum. Eodem die Feli
cis Papæ, & mar. In Aphrica ſctōrum Diodoli, & Ane
ſii, Felicis, Porcii, Corneliæ, Valerię, & Abdiæ mart.

Calen-

Ayuntamiento de Madrid

G CALENDIS APRILIS LVNA.

10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Dies 1. INitium prędicationis Chriſti Saluatoris. Romæ paſsio ſanctæ Theodoræ ſororis illuſtriſsimi martyris Hermetis; Hæc ſub Aureliano Principe martyrizata, ſepultaque eſt iuxta fratrem uia Salaria nō longe ab urbe. Eodem die S. Venantii epiſcopi, & mart. In Aegypto ſanctorum Victoris, & Stephani. Ambianis in Pago Viniacenſi, Tranſitus Valerici abbatis, qui à pueritia eremiticam uitam ducens, quieuit plenus dierum. Apud Cartuſiā Vgonis epi Gratianopolitani inſtitutoris ordinis Cartuſiēſis. Itē Vgonis abbatis Bonæ uallis, à B. Bern. inſtituti. Trechas Leuconii Antiſtitis. In Sardinia Melitonis præſulis.

A xi. *Quarto nonas Aprilis, Luna.*

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

2 APud Cæſareā Cappadociæ ſanctæ Theodoſiæ uirginis, quæ tempore Diocletiani ultro ſe cōfeſſoribus in cuſtodia ſociās tenta, & in æquuleo cruciata, ac Dei uirtute à uinculis, aquis, beſtiis an ereta, nouiſsimè martyriū capitis abſciſione cōpleuit. Apud Paleſtinā depoſitio ſanctæ Marię egyptiacæ, quæ peccatrix appellatur, quæ cum trans Iordanē in deſerto uixiſſet annos quadragintaſeptē, à Zoſymo abbate per eam ſolitudinem errāte tumulata eſt. Itē natale beati Nicetii Lugdunēſis epi miraculis clari. Apud Comū S Abundii epi. In Galliæ agro turonēſi Franciſci de Paula Calabriæ oppido, ordinis †minorū fundatoris, quē Leo X. Papa uitæ ſanctimonia, miraculisq; probatum ſanctorum Catalogo aſcripſit.

† al. minimorū

Tertia

*Tertio nonas Aprilis, Luna.* B

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Scythia ciuitate Tomis natale Sanctorum Euagrii, & Benigni. Theſſalonicæ paſſio Sanctarum uirginũ Agapes, Chiones, & Hirenes ſub Diocletiano, quæ primum carcere maceratæ, mox in ignem miſſæ, ſed intactæ à flammis poſt orationem ad Deũ fuſam, animas cœlo reddiderunt. Apud Taurominiũ Siciliæ Pancratii epiſcopi, & martyris. Eodem die Sanctorum Hirenei epiſcopi, Andochii præsbyteri, Thyrſis diaconi, Felicis negociatoris. In Aegypto Euagrii præsbyteri duorum Macariorum diſcipuli. Item alterius Euagrii Antiocheni epiſcopi, qui diſcipulus fuit ſancti Athanaſii. 3

*Pridie nonas Aprilis, Luna.* xix.

13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 C
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

MEdiolani depoſitio S. Ambroſii epiſcopi, cuius 4
ſtudio inter cætera doctrinæ, & miraculorum inſignia, tẽpore Arrianæ perfidiæ tota Italia ad catholicam fidem reuerſa eſt. Hic Theodoſium Cæſarem impia cæde pollutum, ab ingreſſu templi, donec expiaretur, prohibuit. Apud Hiſpalim tranſitus Iſidori epiſcopi, qui Etymologias, & multa conſcripſit, tempore Heraclii Imperatoris, & qui Leandro fratri in epiſcopatu succesſit.

*Nonis Aprilis, Luna.* viii.

14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 D
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Aegyptum natale ſanctorum matyrũ Martiani, Nicanoris, & Apollonii, Theſſalonicæ ſanctæ Hirenes virg. quæ poſt tolerãtiam carceris, ſagitta percuſſa eſt a Siſinnio comite: ſub quo & ſorores 3

rores eius ſimul Agape,& Chione paſſæ ſunt.
Apud Cæſaream Lyciæ s. Amphiani confeſſ. Item apud ciuitatẽ Venetenſem Britanniæ B. Vincentii Hiſpani ex Valentiani confeſſ. ordi. prædicatorum, ſanctitate, doctrina, miraculisq; clari, qui obiit anno ſalutis 1418. anno aũt 1455. à Caliſto tertio papa i Diuorũ numerũ relatus eſt. In Scotia s. Tigernaci epi.

xvi. *Octauo idus Aprilis, Luna.*

E 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

6 ROmę natale beati Sixti pape,& mart. qui tẽporibus Hadriani, ut ſibi Chriſtũ lucrifaceret, libenter ſuſtinuit temporalem mortẽ: hic conſtituit, ne niſi à miniſtris ſacris, res ſacræ tractarentur. In Macedoniæ ciuitate Philippis ſanctorũ Timothei,& Diogenis. Itẽ ſancti Cęleſtini papæ. Trechas Prudentij epiſcopi:& Vermebaldi abbatis. In Galatia Theodori ancyrani epiſcopi, literis,& ſanctitate illuſtris, qui aduerſus Neſtorium,& alia ſcripſit. Fuit & alius Theodorus presbyter Antiochenus, qui aduerſus Appollinariſtas & Anomeos ſcripſit: de quo Gẽnadius.

v. F *Septimo idus Aprilis, Luna.*

16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

7 APud aphricã natale ſctõrũ Epiphanii epi Donati & aliorũ tredecim. In Alexãdria s. Peluſii pſbiteri. Eodẽ die Egiſippi iudæi, uiri ſanctiſsimi, q floruit Hadriano,& Antonio iperantibus, uicinus apoſtolorũ tẽpibus,& oẽs à paſsione Dñi uſq; ad ſuã ętatẽ eccleſiaſticorũ actuũ texit hiſtorias, ut quorũ uitã ſectabatẽ dicendi quoq; characterẽ exprimeret.

G *Sexto idus Aprilis, Luna.*

17 28 9 20 2 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t



Ayuntamiento de Madrid

APud Corinthum beati Dionyſii epiſcopi, cuius eruditione,& gratia, quam habuit in uerbo Dei, multi fruuntur hodie;qui claruit temporibus Marci Antonii,& Lucii Aurelii. Turoni s. Perpetui epiſcopi,qui Diui Martini templum conſtruxit.Toloſæ Exuperii Antiſtitis.Itẽ ſanctorum Conceſſi,Ammonii,&Succeſſi.Et tralatio Leobaldi mar.

*Quinto idus Aprilis,Luna.* A

18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 9 19 1 11 22 4 14 25 6 xi

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

TRalatio corporis ſanctæ Monichæ, matris sãcti Auguſtini, ex Hoſtia Tyberina Romam,ſedente Martino quinto Papa, quod in æde S. Auguſtini fuit recõditũ. Apud Antiochiã ſancti Procori unius e ſeptẽ primis diaconis : Hic fide,& miraculis clar⁹ martyrio coronatus eſt,q̃ nepos ſancti Stephani protomartyris,& à Ioãne apoſtolo Nicomediæ epiſcopus ordinat⁹ fuiſſe tradit.In Sirmio paſſio ſanctorũ ſeptẽ uirginũ,q̃ oblato ſimul ꝑtio sãguinis, uitã mercatę sũt ęternã.Itẽ sãctorũ Fortunati,& Donati.



*Quarto idus Aprilis,Luna.*

19 1 11 22 4 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 7

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

EZechielis prophetæ, qui à iudice populi Iſrael apud Babyloniam interfectus in ſepulchro Sem, 10 atq;Arphaxat ſepult⁹ eſt Romæ sãctorũ martyrũ plurimorũ,quos sãctus Alexãder Papa baptizauit,cũ teneretꝰ ĩ carcere:Quos oẽs Traiano imperãte Valerian⁹ naui uetuſtę impoſitos,in altũ mare deduci,& illic ligatis ad collũ lapidib⁹ demergi iuſſit. Alexãdrię S.Apollonii ꝑsbyteri & aliorũ qnq; hic cũ monach⁹ sãctiſſimè uixiſſet uinclis poſitus, Philemonẽ cuſtodem ſuum conuertit,cũ quo igni traditus mã-

ſit illęſus, unde iudex, & complures conuerſi ſunt: quos Alexãdriæ p̃fectus, in mare iuſsit mergi, corpora uerò ad litt⁹ eiecta, digno ſunt honore tumulata.

C *Tertio idus Aprilis, Luna.*

20 2 12 23 5 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

11 ROmæ beati Leonis papæ, cuius tempore celebrata eſt Chalcedonenſis Sinodus 530. epiſcoporũ, in qua damnata eſt hęreſis Eutychii. Apud Cretæ urbem Gortynam S. Philippi epiſcopi, qui uirtute, & doctrina prædicus, floruit temporibus Antonini ueri, & Lucii Aurelii imperatorum. Antiochiæ ſancti Theodori presbyteri, quem Iulianus auũculus Iuliani apoſtatæ uerberatum, gladio interfici iuſsit. In Dalmatiæ ciuitate Salona ſancti Domnionis epi, & militũ octo. Nicomediæ ſancti Euſtorgii p̃sbyteri. Item Mediolani Euſtorgii Mediolanenſis epi. Item Gutlatii confeſſoris, & Cutbertę uirginis.

D x. *Pridie idus Aprilis, Luna.*

21 3 13 24 6 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

12 ROmę uia aurelia natale ſancti Iulii papę, q̃ ſub Conſtantino Imperatore decem menſibus tribulationes, & exilia perpeſſus, poſt eius mortẽ, cũ magna gloria ad ſedem ſuam reuerſus quieuit in pace. Apud Vapingum oppidum ſancti Conſtantii epi. In Aegypto Zenonis monachi patientiſsimi. Veronę paſsio Zenonis epiſcopi ſub Galieno imperatore.

E *Idibus Aprilis, Luna.*

22 4 14 25 7 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 10
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

13 APud Pergamum Aſię urbem, ſanctorũ Carpi epiſcopi, Papirii diaconi, & Agathonicę optimę fęminę, aliarumque multarum, quę Pœonii martiris

Ayuntamiento de Madrid

tyris in Smyrna paſsi exemplum ſecutę, pro beatis confeſsionibus, martyrio coronatę ſunt, ſub Antonio uero, & Aurelio Commodo; Cum quibus & uir mirabilis Iuſtinus philoſophus pro religione Chriſti plurimum ſcripto laborans, premium linguę fidelis martyrium, accepit. Eodem die, in Hiſpania, Herminigildus Leuigildi filius Viſigothorum rex, Recarendi, & Braulii Cęſaraugustę epiſcopi frater. Sigisberti Regis gener à beato Leandro Hiſpalēſi epiſcopo conuerſus, iuſſu patris, qui Arrianus erat peremptus eſt. Succeſsit Fratri, & patri Recarendus, cuius opera Viſigothi ad fidem reuerſi, reſipuerunt, anno ſalutis 705. Ipſo die ſanctæ Euphemię virginis apud Chalcedoniā, quę poſt carceres, uerbera, ignes, pondera ſaxorum, ſartagines, rotas, beſtias, migrauit ad Dominum.

*Decimo octauo Calendas Maij, Luna.* xviii

23 5 15 26 8 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 11 F
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmę uia appia natale beatorum martyrum Tiburtii, Valeriani, & Maximi, ſub Almachio prefecto à beata Cecilia uirgine conuerſorum: quorum primi duo fuſtibus cęſi, & gladio percuſsi, ultimus uerò tandiu plumbatis eſt uerberatus, donec exhalaret ſpiritum. Apud Alexandriam ſancti Frontonis abbatis, cuius uita ſanctitate, ac miraculis claruit. Interamnio ciuitate ſancti Proculi martyris. Item Domninę uirginis cum ſociabus Virginibus coronatę. 14

*Decimo ſeptimo Calendas Maij, Luna.* vii. G

24 6 16 27 9 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 12
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Perſidem ciuitate Chorodna, ſanctorum Olympiadis, & Maximi nobilium, qui iubente 15

D 2 Decio

Decio fuſtibus cæſi,ac plūbatis,deinde capita ſecuribus tunſi,donec emitterent ſpiritum.

In Italia beatorū martyrū Maronis Eutychetis, & Victorini. qui cū Flauia Domicilla,in Pontiā inſulam relegati Nerua imperāte,cū plurimos ad fidē cōuertiſſent,iuſſi ſunt iterfici uariis pœnis ſub Præſide Aureliano ſponſo Flauiæ.Ipſo die beati Quiriti epiſcopi,qui inuenit dominicam Crucem.

*Sextodecimo Calendas Maii ,Luna.*

A 25 7 17 28 10 20 2 12 13 5 15 26 8 18 29 11 21 3 13

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

16 COrinthi natale ſanctorū Caliſti,& Chariſis,cū aliis.7.in mare merſorum.Cæſareæ auguſtę ſanctorum 10.& 8.mar.Quintiliani ,Caſſiani,Martini,Publij,Vrbani,Martialis,Fauſti, Succeſſi , Felicis,Ianuarii,Primitiui,Euoti,Cęccani,Optati,Frōtonis,Lupci,Apodemi,& Iulii, q ſub Daciano Pręſide Hiſpanię,ſuppliciis afflicti,atq; īterempi sūt,Cenomanis Tiburtii epi. In Sicilia,iuxta Caſtellū bonū,ſub Marone mōte,ac gemellis collibus, in cęnobio S.Marię à partu,depoſitio b.Guilelmi ꝯfeſſoris.

B *Quinto decimo Calendas Maii, Luna.*

26 8 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 14

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

17 APud Aphricam natale S.Mappali mart. qui uerberatus,ut ſcribit beatus Cyprianus,cum aliis pluribus martyrio coronatus eſt.Chorodnæ,ſsctorū Eliæ presbyteri,Pauli,& Iſidori monachorū.

In Aphrica ſanctorū Petri diaconi,& Hermogenis. Romæ Aniceti Papæ, & mart.natiōe Syri,q cōſtituit,ne cleric⁹ barbā,& comā nutriat,ī cęmeterio Calliſti apud appiā uiā ſepulti.In Libya Pauli abb. ꝯgētorū monachorū pris.Itē iAegyptoHeleni ab.

*Quartodecimo Calendas Maii, Luna.*



Ayuntamiento de Madrid

27 9 19 1 12 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 18

APud Miſenũ Cāpaniç, ſanctorũ Eleuterii epi, & Antiæ matris eius, qui ſanctimonia, & miraculis illuſtris ſub Hadriano Principe lectum ferreũ ignitũ, craticulā, ſartaginē, oleũ, picemq; feruentē ſuperās, leonibus quoq; proiectus, ſed illæſus, demum unà cũ matre iugulatus ē. Romæ b. Apollonii ſenatoris, q ſub Cõmodo principe à ſeruo delatus, ꝗ Chriſtianus eſſet, inſigne uolumē compoſuit, ꝗ in ſenatu legit, & pro Chriſto obtruncatus eſt. Fuit & alius Apollonius abbas, pater 500. monachorum, qui iuxta Hermopolim habitauit in ſpelunca, miraculis clarus. Itē Apollonius confeſſor in pauperes, atque languentes officioſus. Eodē die ſancti Caloceri martyr. Cordubę, ſancti Perfecti presbyteri, & martyris. D

*Tertiodecimo Calendas Maÿ, Luna.*

28 10 20 2 13 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 16
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 19

NAtale S. Timonis diaconi de ſeptem primis qui primo apud Beroen doctor reſedit: deinde uerbum Domini diſſeminans, uenit Corinthum, ibique à Iudæis, ac Grecis, ut traditur, primũ flammis iniect⁹, ſed nihil lęſus ē, deide cruci affixus martyriũ īpleuit. Fuit & ali⁹ Timo eps Veſegorinæ ī Arabia, ſimiliter icēdio ꝓbat⁹. In Armeniç ciuitate Melitena, ſanctorũ martyrũ Hermogenis, Caii, Expediti, Ariſtonici, Rufſi, & Galatæ una die coronatorũ. In Hiſpaniç ciuitate Heliberi ſancti Vincētii martyris, Cęnobio, Lanubiis ſancti Vrſmari epiſcopi. Itē Romæ Leonis Papç noni in pauperes munificentisſimi.

*Duodecimo Calendas Maÿ, Luna.* xii E

29 11 21 3 14 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t



Ayuntamiento de Madrid

20 ROmę natale S.Victoris papę ſub Seuero prīcipe martyris. Item ibidem ſanctorum Sulpitii,ac Seruilii,q̃ prędicatione,ac miraculis Domicillæ Virginis,quę Theodorã,& Euphroſynã eorũ ſpõſas conuerterat,ad Chriſtum conuerſi,cum nollent Idolis immolare,ſub pręfecto urbis Aniano, capite plexi ſunt,& in uia latina ſepulti. In Galliis ciuitate Ebredunenſi S.Marcelli eiuſdem urbis epiſcopi, qui diuino iuſſu cum ſociis Vincentio,& Donnino, ex Aphrica ueniens,maximam partem Alpium maritimarum, uerbo, & ſignis ad Chriſtum conuertit. Antiſiodori ſanctorum Mariani,& Mamertini preſbyterorum, Item Victoris Cartaginenſis epiſcopi, uiri doctiſsimi,tempore Anaſtaſii imperatoris.

i.F *Vndecimo Calendas Maij, Luna.*

1 12 22 4 15 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

21 APud Perſidem natale S.Simeonis, Seleucię, atq; Chtheſiphontis,urbium epiſcopi,qui iubente ſapore Perſarum Rege,apprehenſus ferroque onuſtus,cum ſolem adorare nollet, Chriſtumque conſtantiſsimè conſiteretur, primùm carcerali ergaſtulo cum aliis centum,ex quibus alii epiſcopi,alii p̃ſbyteri,alii diuerſorum ordinũ Clerici fuerant, maceratus, tandem cum omnibus iuſſus eſt decollari. Paſsi ſunt cum eo etiam clariſsimi quidã uiri Vſtozades, Eunuchus ſenex, & nutritor Regis, Abdela, Ananias,& Puſicius artificium pręfectus,cui per certicem lingua extracta eſt,cum filia, quę erat ſacra Virgo. Alexandrię Aratoris presbyteri, Fortunati, Felicis,Syluii,& Vitalis,qui omnes inedia, & uinculis afflicti in carcere quieuerunt. Ipſos die S.Sotheris Papę ex oppido Fundis Campaniæ mar. ſub Marco Antonio Vero,& in cœmeterio Caliſti apud uiã appiam

Ayuntamiento de Madrid

appiam ſepulti.

*Decimo Calendas Maii, Luna.* G

2 13 23 5 16 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 17 27 9 19

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmę uia Appia natale beati Caii Papę, qui ſub 22
Diocletiano principe una cum Gabino fratre, eiusque filia Suſanna, martyrio coronatus eſt. Apud Perſidem ſanctorũ ſedecim milliũ martyrum, q pro Chriſti nomine gladio iugulati ſunt, ſub Rege Sapore. In quo fidei certamine paſsi ſunt, Mileſius antea miles, & Acepſimas epiſcopi cum Iacobo presbitero, Bicor eps, cum Marea diacono, Azorius eunuchus Regis familiaris, cũ clericis ferè ducentis quinquaginta, monachis etiam, & ſacris uirginibus plurimis: inter quas, & ſancti Simeonis epiſcopi ſoror, ac Regina nomine Tarbua, cum pediſſequa ſua ſtipitibus fixę, ſerra ſectę ſunt, ut Sozomenus in tertio Tripartitę refert. Ciuitate Chorodna in Perſia natale ſanctorum Parmenæ, Helimæ, & Chryſocheli presbyterorum, Lucę, & Mutii diaconorum, qui ſub Decio facibus, ungulis, & laminis ardẽtibus in equu leo cruciati, atque decollati ſunt, quos Abdon, & Semnen ſubreguli raptos tumulauerunt. Lugduni ſancti Epipodii, q ſub Antonino Vero, poſt dira tormenta, obtruncatus eſt. Eodẽ die Romæ Leonis Papæ primi, cuius tẽpore ſynodus Chalcedonenſis 630. epiſcoporum celebrata eſt, contra Eutychetem abbatem, Dioſcorum epiſcopum, ac Neſtorium. Venetiis in monaſterio ſancti Georgii tralatio ſancti Euſtathii patriarchę cõſtãtinopolitani ann. ſalutis 1246. Apud Sennonas Leonis epiſcopi. Prędicti papæ tẽpore, Mamercus Viennenſis epiſcopus, ob frequentes terræ motus, qui tunc Galliam uexabant, litanias Aſcenſionis inſtituit. Item Agapeti papæ.

ix. A *Nono Calendas Maij, Luna.*

3 14 24 6 17 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

23 IN Perſide ciuitate Dioſpoli, uel, ut quidam, in Armeniæ ciuitate Melitena, Diocletiano imperāte, S. Georgii militis: cuius paſsio & ſi inter apocryphas numeretur ſcripturas, tamen illuſtriſsimum eius martyrium inter coronas martyrum Eccleſia Dei uenerabiliter honorat. In Galliis ciuitate Valētia natale ſanctorum Felicis presbyteri, Fortunati, & Archillei diaconorū, qui cum multos conuertiſſent ad fidem, à Duce Cornelio in carcerē truſi ſunt: deinde diutius uerberati, cruribus confractis, circa rotarum uertiginem aſtricti, fumum quoq; in equulei ſuſpenſione perpeſsi, tandem gladio conſumpti ſunt. Ipſo die in Praga Boemiæ Adelberti epiſcopi, & martyris, nunc Guieſnæ in Polonia ſepulti.

Cœnobio Fōtanella Vulfrani pōtificis. Romę Agapiti Papę, q. Conſtantinopolis epō Antemio, q. duas ī Chriſto naturas negabat, depoſito, Mēnā ſubſtituit.

B *Octauo Calendas Maij, Luna.*

4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

24 LVgduni Galliæ natale ſancti Alexandri mart. qui perſecutione Antonini veri, poſt carceris cuſtodiam, ita laniatus eſt crudelitate uerberantium, ut ſoluta compage coſtarum, uiſcera eius apparerēt: inde patibulo affixus, beatum ſpiritum exanimatus emiſit. Paſsi ſunt autem cū eo alii triginta quatuor.

In Britānia Melliti epi. Itē Sidrach, Miſach, & Abdenago puerorū. Ciuitate Heliberi S. Gregorii epi.

Cœnobio Moliſinenſi Roberti abb. Remis Bonæ, atq; Dodæ uirginū. Eodē die Adelberti natione Boemi, in Saxonia nutriti, Pragēſis epiſcopi, in Pruſsia mar-

Ayuntamiento de Madrid

martyrium paſsi, & ad Poloniam relati, cui Boleſlaus res apud Guiſnam tumulum erexit inſignem.

xvii. C

*Septimo Calendas Maij, Luna.*

5 16 26 8 19 29 11 21 3 14 24 6 17 24 9 20 1 12 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ litaniæ maiores ad ſanctum Petrum à beato Gregorio Papa pro ſedanda peſte, inſtitutæ. Alexandriç natale beati Marci Euangeliſtæ. Hic diſcipulus, & interpres apoſtoli Petri, & in baptiſmate filius, rogatus Romæ à fratribus ſcripſit euāgelium: quo aſſumpto, perrexit in Aegyptum, priusque Alexandriæ Chriſtum annuncians, conſtituit Eccleſiam, ac poſtea pro fide tentus, & grauiter afflictus, cœlitus confortatus, & ad cœleſtia regna uocatus eſt, octauo Neronis anno. Syracuſis, ſanctorum Euodii, Caliſti, & Hermogenis martyrum. In Britannia, ſancti Auguſtini epiſcopi diſcipuli ſancti Gregorii papç. Item Bedç, Marci, Deodati, confeſſorum, & Coronç uirginis. 25

*Sexto Calendas Maij, Luna.* vi. D

6 17 27 9 20 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmç natale beati Cleti papç, qui tertius à Petro cum rexiſſet Eccleſiam annis duodecim, ſub perſecutione Domitiani martyrio coronatus eſt. Item Marcellini papç, qui cum ſediſſet annos nouem, menſes quatuor, à Diocletiano pro fide Chriſti cum Claudio, Cyrino, & Antonio capite truncatus eſt. Quo tempore fuit magna perſecutio, ita ut intra menſem, decem, & ſeptem millia Chriſtianorum martyrio coronarentur. Monaſterio Centula prouinciç Pontinç S. Riarii presbyteri. Trechas Exuperantiç uirg.

Quin-

Ayuntamiento de Madrid

*Quinto Calendas Maij, Luna.*

E 7 18 28 10 21 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 ROmę depoſitio beati Anaſtaſii papę, q ſtari conſtituit, dum legeretur euangelium: cuius uita diuturna, ut teſtatur Diuus Hieronymus, mundus frui non meruit. Nicomedię, ſancti Antimi epiſcopi, qui ſub Diocletiano martyrii gloriam pro Chriſto, capitis abſciſione promeruit. Secuta eſt quoq; illum uniuerſa penè gregis ſui multitudo, quorum alios iudex obtruncari, alios ignibus incendi, alios in auiculis impoſitos in pelagus mergi iuſsit. Tarſo Cilicię ſanctorum Caſtoris, & Stephani martyrum. In Aegypto ſanctorum Victoris, Maximi, & Martini. Apud Altinum ſancti Liberalis ab Heliodoro epiſcopo nutriti, abſtinentia, & charitate conſpicui.

xiiii *Quarto Calendas Maij, Luna.*

F 8 19 29 11 22 3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

28 APud Rhauennam natale beati Vitalis martyris, patris ſanctorum Geruaſii, & Prothaſii, qui cum corpus beati Vrſicini medici liguris quem ipſe ad martyrium fuerat adhortatus, ſublatum honeſtate debita ſepeliſſet, tentus à Paulino conſulari, poſt equulei tormenta, iuſsus eſt poni in foueam profundam, & terra, ac lapidibus obrui, talique martyrio migrauit ad Chriſtum. Ipſo die Mediolani ſanctæ Valeriæ coniugis ſancti Vitalis, pro Chriſto mactatę. Alexandrię, ſanctę Theodorę virginis, quę ſacrificare contemnens, cum eſſet Lupanari tradita, repente quidam ex fratribus, nomine Didymus, miro Dei fauore commutatis ueſtibus, illam eripuit: ac poſtea cum eadem percuſſus, ſimul coronatus eſt.

Eodem die ſanctorum Aphrodiſij, Caralippi, Agapiti,

piti,& Euſebii martyrum. In Pannonia ſancti Pollionis martyris ſub Diocletiano Imperatore,ac præfecto Probo urbe Cibalitana.

*Tertio calendas Maij, Luna.* iii.G

9 21 1 12 23 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 26
A b c d e f g h l m n o p q r ſ t u t

APud Paphum ſancti Tychici diaconi, diſcipuli Pauli Apoſtoli,qui eum appellat fratrem chariſſimum,ac conſeruum ſuum in Domino, hic traditur Colophonis epiſcopus fuiſſe.In Numidia apud Circenſem Coloniam natale ſanctorum martyrum Agapii,& Secundi epiſcoporũ,qui perſecutione Valeriani,poſt longum exilium,apud pręfatam urbem in qua tunc maximè gentilium rabies ad tentandam iuſtorum fidem inhiabat,ex illuſtri ſacerdotio facti ſunt martyres glorioſi. Paſſi ſunt autẽ cum eis Aemilianus miles,Tertulla,& Antonia ſacrę uirgines, & quędam mulier cũ ſuis geminis. Mediolani ſancti Petri mart. ordinis Prędicatorum, à Sicario ab hęreticis miſſo perempti,tempore Innocentii quarti. Cluniaco cœnobio beati Vgonis abbatis. Apud Ciſtercium Roberti abbatis Ciſtercienſis familiæ patris. Item Catharinę Senẽſis virginis dominicanæ. 29

*Pridie calendas Maii,Luna.* A

10 21 2 13 24 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 27
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

APud Lambeſitanam urbem natale ſanctorum martyrum Mariani lectoris,& Iacobi diaconi,quorum prior cũ infeſtationes Decianę perſecutionis euiciſſet,iterum cũ collega tentus,poſtquã dira, & exquiſita ſupplicia diuinitus recreati, demum cũ aliis multis gladio conſummati ſunt. Apud Santones beati Eutropii martyris,quem ſanctus Clemens epiſcopum factum,direxit in Galliam,ubi Chriſtum 30

cum

Ayuntamiento de Madrid

cũ prędicaſſet, illiſo capite, uictor occubuit, de quo multa referuntur in Catalogo. In Paleſtina Zozimi abbatis, qui Mariam Aegyptiacam ſepeliuit.

B xi. CALENDIS MAII, LVNA.

11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Dies. 1. APud Aegypti urbẽ Tanaim, Ieremię prophetæ, ubi à populo lapidibus obrutus occubuit; *Item natale beatorum apoſtolorum Philippi, & Iacobi*, ex quibus Philippus poſtquàm Scythiam ad fidem Chriſti conuertit; ubi deiecto Martis ſimulacro, erexerat Crucem, & uenenoſum Draconẽ exterminarat, apud Hieropolim ciuitatẽ Aſię glorioſo fine quieuit. ſiue ab Hebionitis cruci affixus, & lapidatus occubuit. Iuxta quem duę filię eius uirgines tumulatę ſunt; Tertia Epheſi iacet. Iacobus uerò, qui & frater Domini legitur iuxta templum Hieroſolymorum, ubi & præcipitatus fuerat ſepultus eſt. In terra Galliæ Nimarienſi beati Andeoli diaconi, quem miſit ab Oriẽte ſanctus Polycarpus, unà cum Benigno, & Andochio presbyteris ac Tyrſi diacono ad prędicandũ uerbũ Dei in Galliã, quẽ Seuerus imperator, ſpinoſis fuſtibus flagellatum, in uincla coniectũ, crucique affixũ, capite ſciſſo, martyrẽ Chriſti fecit, Antiſiodoro S. Amatoris epi. Pergami in Gallia Ciſalpina ſãctæ Gratę virg. Apud Auſitam ſancti Orientii epi. Seduſio paſsio Sigiſmundi Regis Burgũdię. Eodẽ
C die ſanctę Valburgę uirginis.

*Sexto Nonas Maij*, **Luna**.

12 23 4 15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 29
2 A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale *S. Athanaſij Alexandrinę* urbis epiſcopi, qui multas principum perſecutiones, multas Arrianorum

rianorum perpeſſus inſidias, per totum orbem profugus actus eſt. Tandem quadrageſimo ſexto anno ſui ſacerdotii, poſt multos agones, ac patiētiæ coronas, tempore Valentiniani, & Valentis obiit. Eodem die ſanctorum Saturnini, & Neopoli, qui in carcere quieuerunt. Sigiſmundi quoque Regis paſsio, ut alii, ad hunc diem refertur. Item Florentii, ac Vindemialis epiſcoporum, qui ex Aphrica in Corſicam transfretantes, miraculis illuſtris ibi defuncti, à Titiano epiſcopo Tauriſium tralati ſunt. Horum ſocius fuit Eugenius. Eodē die ſancti Antonini Archiepiſcopi Florentini confeſſ. & doctoris ordinis Prędicatorum.

*Quarto nonas Maii, Luna.* D

13 24 5 16 27 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 xix.

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Hieroſolymis, inuētio S. Crucis ab Helena Reginæ 3
ſub Cōſtātino principe. Romę uia nomētana paſſio b. Alexādri papæ, Euētii, & Theodoli pſbyterorū, Traiani tpe, ſub Aureliano Comite: quorū primus poſt uincula, carceres, equuleū, ungulas, & ignes, pūctis creberrimis p tota mēbra, pemptus eſt. Sequētes aūt poſt longā carceris tolerātiā ignib⁹ examinati, & ad ultimū decollati ſunt. Ipſo die Narniæ S. Iuuenalis epi. Item Vrſii cōfeſſoris, & peregrini ex genere Francorum in Italia, & Francia uenerabilis.

*Quinto nonas Maij, Luna.* E

14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 viii.

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Apud Hoſtiā tyberinam natale S. Monychæ, cuius 4
uita admiranda, ex nono confeſsionū S. Auguſtini libro colligitur. In Paleſtinæ ciuitate Gaza beati Syluani eiuſdē urbis epi, qui ſub perſecutione Diocletiani cū plurimis clericis ſuis martyrio coronat⁹ ē. Hieroſolymis paſsio s. Cyriaci epi, & mris ei⁹

Annæ,

Ayuntamiento de Madrid

Annæ,& Ammonii ſub Iuliano apoſtata,Fuit autem Cyriacus ille Iudas,qui cum Helena ad crucem inueniendam fuit adiutor. In metallo fanenſi ſanctorum quadraginta ſimul capite cæſorum ſub Diocletiana perſecutione : Atque apud Lauriacum ſub Aquilino pręſide aliorum quadraginta ſuppliciis,uinculis,& inedia conſumptorum. Nicomedię ſanctę Antonię,quę cruciatibus, & carcere biennii, atque incendio conſumata eſt. In Norico, apud Lauriacũ S. Floriani ſub Aquilino prędicto in fluuium Anniſium demerſi. Antiſiodori S. Curcodoni diaconi. Apud Magedum ciuitatem ſanctę Hirenes virginis, & martyris à Theotimo pręsbytero baptizatę, de qua mirabilia leguntur.

F *Tertio Nonas Maij, Luna.*

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3
b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 MEdiolani,conuerſio S.Auguſtini epiſcopi,à ſancto Ambroſio Mediolanenſium pręſule baptizati,& monaſtico nigroq; habitu induti. Alexandrię,ſancti Euthymi diaconi, in carcere quieſcẽtis. Theſſalonicę,natale ſanctorum Hirenei, Peregrini,& Hirenes uirginis ignibus combuſtorum. Apud Arelatum in Gallia beati Hilarii epiſcopi laboris tolerantia,officio in pauperes,ac doctrina pręclari. Eodem die S. Gotardi epiſcopi Himenẽſis ſub Henrico imperatore;& Andoęni epiſcopi Rhotomagenſis,ſub Dogoberto Rege. Item Viennę S. Niceti epiſcopi uenerabilis. In Sicilia apud oppidum Leochatam ſiue Achatem, S. Angeli ex Iudęa Carmelitani monachi,ac mart. quem ſancti Dominicus, & Franciſcus admodum uenerati ſunt. hic illi martyrium, & ille huic ſtigmata pręnunciauit.

Pridie

Ayuntamiento de Madrid

*Pridie nonas Maij, Luna.* xvi. G

16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Hieroſolymis, in monte Oliueto Aſcenſio Domini. Item beati Ioannis apoſtoli, quando ex Epheſo Romam, iuſſu Domitiani perductus, & iuxta portam Latinã in dolium feruentis olei miſſus, ſed minimè læſus eſt, ubi feſtum frequente populo celebratur. Antiochiæ ſancti Euodii epiſcopi à Petro apoſtolo ordinati, ut beatus Ignatius ſcribit, q. glorioſo martyrio defunctus eſt. In Aphrica ſanctorum martyrum Heliodori, Venuſti, Poſtimi, Maximi, Nicetii, cum aliis ſeptuaginta duobus. Item ſancti Lucii Cyrenenſis epiſcopi, de quo in Actis Apoſtolorũ mentio fit. Conſtantinopoli ſancti Ioannis Damaſceni presbyteri, moribus, & doctrina clariſsimi, tẽpore Theodoſij tertij. Antiſiodori ſancti Valeriani Antiſtitis. Item Melioris pueri decollati. 6

*Nonis Maii, Luna.* v. A

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Terracinam in Campania, natale ſanctæ Domicillæ uirginis, & martyris, quæ cum eſſet Flauij Cõſulis ex ſorore neptis, & à ſancto Clemente papa conſecrata, ſub perſecutione Domitiani ob teſtimonium Chriſti, cum aliis plurimis in inſulam Pontiam diu relegata, ſignis, & doctrina multos cõuertiſſet, incenſo cubiculo à quodam Iudice, in quo ſimul cum ſuis uirginibus Euphroſyna, & Theodora morabatur, curſum glorioſi martyrij cõſummauit. Eodẽ die ſancti Iuuenalis mart. Nicomediæ paſsio ſanctorũ Flauij, Auguſti, & Auguſtini fratrũ. Itẽ tralatio S. Stephani leuitæ Conſtãtinopoli Romã in ſepulchrũ beati Laurẽtij, Theodoſio iuniore ĩperãte. 7

Octauo

Ayuntamiento de Madrid

*Octauo idus Maii, Luna.*

18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 4 14 25 6

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

8 IN finibus Apuliç, monte Gargano apud Sipũtem ciuitatem apparitio beati Michaelis Archangeli. Mediolani S. Victoris mart. q. ab adoleſcẽtia chriſtianus, & miles, & compellente Maximiano ut ſacrificaret, in confeſsione Chriſti perſeuerans, poſt uerbera, & liquefactum plumbũ, capitis abſciſione, gloriæ coronã adeptus eſt. Apud Aegyptum, ſanctorum Stephani, & Victoris. Itẽ Helladii epi apud Antiſiodorum. Ipſo die S. Cataldi Hiberniç Inſulæ Antiſtitis, cuius corpus Tarenti repertum eſt. Romç ſancti Benedicti Papæ, in pauperes munificentiſsimi.

xiii. *Septimo idus Maii, Luna.*

C 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

9 IN Perſide ſanctorũ mart. 310. Nazãtio beati Gregorii epi, Theologi, & collegæ S. Baſilii Cçſarienſis epi. Romæ S. Hermetis diſcipuli, & Heliopolis epi, q. oraculo monitus, Paſcha die Dñico celebrari iuſsit: ſepulti in cçmeterio Praxedis; cuius Paulus ad Romanos ſcribẽs meminit. Item tralatio S. Andræç apoſtoli ex urbe Patrarũ. Lucç Euangeliſtæ ex Bithynia, & Timothei diſcipulorũ ex Epheſo in Byzantiũ. Itẽ S. Hieronymi ex Bethleem, Romã in ædem S. Mariæ Maioris. Caſtro Vendecino S. Beati confeſſoris. Veronæ S. Metronis confeſſoris. Itẽ tralatio S. Nicolai præſulis. Et memoria S. Raphaelis Archangeli.

ii. D *Sexto idus Maij, Luna.*

20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

10 IN terra Hus, in finibus Idumeæ, & Arabiæ, Iob prophetæ uiri iuſtiſsimi, atque patientiſsimi. Romæ uia

Ayuntamiento de Madrid

via Latina ſanctorũ Gordiani,& Epimachi, quorum prior à Ianuario presbytero,cũ vxore Marina, & tota familia cõuerſus,& baptizatus, cõflata Iouis ſtatua,tpe Iuliani apoſtatę plũbatis cæſus, & obtruncatus eſt,atq; cũ Epimaco ſepultus. Itẽ Romę beati Calepodij,ſub Alexandro Imp.ac Loadicio pfecto peremptí,per vrbẽ tracti,& in Tyberim iactati. Decollatus eſt etiã Palmatius cõſul cũ vxore,& filijs, & alijs promiſcui ſexus numero 42.in quibus,& Simplicius ſenator cũ familia:& Felix cum vxore Blanda à Caliſto Papa baptizati, quorũ capita p diuerſas vrbis portas ſuſpenſa ſunt. Itẽ Romæ via Latina ad cẽtum aulas ſanctorum Quarti,& Quinti martyrũ.Ipſo die ſanctæ Chriſtinę virginis,& martyris, cuius corpus Panormi in Sicilia,magna veneratione,atq; concurſu in maiori templo conditum viſitatur.Item tralatio ſanctorũ Coſmi,& Damiani in cœnobiũ S.Georgij Venetiarum anno ſalutis 1154.In agro Bituricẽſi Galliarum Palladij epiſcopi.In Sicilia apud Leõtinos S.Alphii,Philadelphii,& Cyrini fratrũ martyrum ſub Licinio Imperatore,ac Tertullo præſide.

*Quinto idus Maij, Luna.* E

21 2 13 22 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Romæ via Salaria beati Antimi presbyteri : qui poſt virtutũ,& prædicationis inſignia,in Tyberim præcipitatus,& ab Angelo ereptus,ac oratorio reſtitutus eſt;inde capite plexus,victor migrauit ad cœlos.Viennæ S.Mamerti epiſcopi, qui ob imminentem cladẽ litanias ante Aſcẽſionem inſtituit.Eodẽ die S.Maioli abbatis monaſterii maticẽſis, cuius vita meritis claruit.Apud Varẽnas S.Gẽgulphi mar. Vrbe Tergeſto Adriano imperante ſub Artaſio præſide ſanctorũ Primi,Marci,Iaſonis,& Cœliani mart.

E quo-

Ayuntamiento de Madrid

quorum duo primi poſt cruciatus decollati; reliqui uerberibus interempti.

x.F *Quarto idus Maii, Luna.*

22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

12 ROmæ uia Ardeatina ſanctorum martyrũ Nerei, Archillei, fratrum, Eunuchorum Flauiæ Domicillæ, qui primo ad Inſulam Pontiam relegati, inde ſub præſide Aureliano ſpōſo Flauiæ uerberibus attriti, cum equuleo, & flammis compellerentur ad immolandum, ac dicerent ſe à Petro apoſtolo baptizatos, nulla ratione poſſe idolis litare, capite cæſi ſunt ſub Ruffo conſulari. Item in uia Aurelia ſancti Pancratij mart. annorum 14. ſub Valeriano decollati. Item ſancti Dionyſij eiuſdem Patrui, quos Cornelius papa baptizauerat. Apud Cyprum, ſancti Epiphanij Salaminis urbis epiſcopi ſcriptoris celeberrimi, & in pauperes munificentiſsimi. Eodem die Argyræ in Sicilia ſancti Philippi pręsbyteri; cuius in dęmonijs effugādis uirtus, crebris apparet ſignis.

G *Tertio idus Maii, Luna.*

23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

13 DEdicatio Eccleſiæ beatæ Mariæ, ac omnium ſanctorum martyrũ, quod fuit templum Pātheon, antea Cybelæ Deorum matri à Gentilibus dicatum, quod beatus Bonifacius papa quartus à Phoca Cæſare impetratum in Chriſti ſaluatoris cultũ tranſtulit. Item beati Mutij pręsbyteri, & martyris, qui primum in Amphipoli urbe, multis cruciatibus in Chriſti confeſsione afflictus, inde Byzātium perductus capitali ſentētia occubuit. Ipſo die apud Traiectum Seruatii epiſcopi, ob cuius meritũ indicandũ, cum hyberno tempore nix undiq; campos impleſſet, nun-

nunquã ſepulchrum eius tetigit, donec opera ciuiũ Baſilica ſup eũ ædificata eſt. Antiſiodori beati Marcelliani pſulis. In Thuſcia uia Aemilia Hilarij abb.

*Pridie idus Maij, Luna.* xviii

24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 A

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Galliis ciuitate Cimella, S. Pontii epiſcopi, & martyris, cuius opera poſtquam cõuerſi ſunt duo Philippi Imperatores ad fidem Chriſti, ipſe quoque ſub Valeriano, & Galeno principibus, martyrij palmam adeptus eſt. In Syria ſanctorum Victoris, & Coronæ, uxoris cuiuſdam militis, quæ Victorem ob conſtantiã beatificans ſingulas coronas illi, ſibiq; è cœlo miſſas uidit, & inter arbores diſcerpta eſt, ille uerò decollatus ſub Antonino Imperatore, ac Sebaſtiano prſide. Apud Thebaidem S. Pachomii abbatis lõgeui, tempore Arcadii, & Honorii imperatorum. Hic à Palęmone Anachoreta monaſticum habitum ſuſceperat, & cœnobio 1500. monachorum præfuit, virginum collegiũ, cui ſoror eius præfecta eſt, inſtituit. Itẽ apud Scythopolim Pachomii alteri⁹ monachi, ã quo Heraclides. Ipſo die s. Bonifacii mart. ſub Diocletiano apud Tharſũ paſsi, & in uia Latina Romę ſepulti. Sub eodẽ apud Aquileiã ſctõrũ Felicis, & Fortunati fratr. Methonæ s. Barbari mar. ſub Iuliano poſt uarios cruciat⁹ decollati, nũc Venetiis tumulati. 14

*Idibus Maii, Luna.* vii. B

25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Chium inſulam beati Iſidori martyris tẽpore Decij, in cuius Baſilica extat puteus, in quẽ fertur iniectus, cuius aqua potantibus ſalutaris eſt. Lampſaci ſub Decio paſsio ſanctorum Petri, Andreæ, Pauli, Nicomachi, & Dionyſiæ. Ipſo die memo- 15



Ayuntamiento de Madrid

ria nouem diſcipulorũ,ex quibus Torquatus Gadiũ: Chtheſiphon Almeriæ, Secundus Abylę: Indalecius Vrcii;Cęcilius Heliberis, Heſychius Cartheſię: Euphraſius Turris Iuliæ epiſcopi fuere. Quos Iacobus apoſtolus Zebedæi filius ex Hiſpania Hieroſolymã ſecum duxerat: & qui magiſtri ab Herode perempti corpus in Galitiã retulere,inde Romã ꝑfecti à B.Petro ad ꝑdictas vrbes deſtinati, vt Caliſtus Papa ſcribit. Duo aũt reliqui huius apoſtoli comites Athanaſius,& Theodorus in Hiſpania relicti,iuxta magiſtri ſepulchrũ apud Compoſtellam tumulati iacẽt,vt in epiſtola quadã S.Leonis legimus. Ab his primùm in Hiſpaniis chriſtianæ fidei doctrina propagata eſt. Itẽ in agro Lamoſanenſi ſanctorũ Ianuarii, & Pelagiæ martyrum. Apud Sennones S.Sidonij martyris.

C *Decimoſeptimo Calendas Iunij, Luna.*

26 7 18 29 10 21 2 14 24 5 16 27 8 19 1 12 22 3 15
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

Hieroſolymis olim dies pentecoſtes, quando Spi
16 ritus ſanctus per igneas linguas ſuper 120 diſcipulos deſcẽdit. In Iſauria ꝓuincia apud Iſautũ natale ſanctorũ Aquilini,& Victoriani; Antiſiodori B.Peregrini epi,q̃ capite plexus coronã meruit æternã. In Pago Foroiulieſi S.Maximę virginis,q̃ multis clara virtutibus in pace quieuit. Trechas S. Iſidori epi. Itẽ S.Vbaldi epi Eugubini. Aruernis ſanctorũ Caſſii,& Victorini. Ambiani in Gallia Honorati epi.

xv.D *Sextodecimo Calendas Iunij, Luna.*

27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Thuſcia Piſis ciuitate, S.Torpetis martyris,q̃
17 primus in Palatio Neronis Cæſaris, eius iuſſu, in confeſſione Chriſti alapis cæſus,ac verberibus afflictus, beſtiis deuorãdus traditur, ſed minimè lęditur,

Ayuntamiento de Madrid

tur,nam leopardus manſuetus redditur:leo dum ſæuit,moritur, tãdem decollatus martyrium cõpleuit. Niuioduno ſanctorum Heraclij, Pauli, Aquilini,cũ aliis duobus. Item ſancti Syri epiſcopi Papienſis. Apud Hierapolim ſancti Papiæ antiſtitis, beati Ioãnis apoſtoli auditoris.Alexandriç ſanctorum Victoris,& Baſilij. Item tralatio ſancti Bernardini Senenſis, ordinis minorum.

*Quintodecimo Calendas Iunii,Luna.* i.ii.E

28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

Hieroſolymis Sophoniæ prophetæ,qui in diebus 18 Ioachini Regis filii Iohæ diem clauſit.In Aegypto ſancti Dioſcuri lectoris,in quẽ præſes multa,& varia tormenta exercuit, ita vt vngues eius effoderet, latera lampadibus incenderet, ſed fulgore cœleſti territis miniſtris:tandem laminis ardẽtibus aduſtus, martyrium conſummauit. Ipſo die Felicis epiſcopi,qui apud Spoletanam vrbem, ſub Maximiano Imperatore martyrii palmam adeptus eſt. In ciuitate Camerina ſancti Venãtii martyris, ſub Decio, qui flagris,carcere, facibusq; ſuperatis, ac leonibus manſuefactis,obtruncatus Deo ſpiritum reddidit.

*Quartodecimo Calendas Iunii,Luna.* F

29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Romæ via Appia natale ſanctorum Caloceri, & 19 Parthenii eunuchorũ Thriphoniæ vxoris Decii,quorũ prior cubiculi Imperatorii p̃fectus, primicerius,nolentes ſacrificare idolis,ab eodẽ Decio occiſi ſunt.Itẽ Romę ſanctæ Potẽtianæ virginis, quæ poſt innumeros agones, poſt multorũ martyrũ venerabiliter exhibitas ſepulturas,poſt oẽs facultates ſuas pauperib⁹ pro Xpo erogatas,tandẽ de terris



Ayuntamiento de Madrid

ad cœlos migrauit. Eodem die ſancti Pudentis diſci puli S. Pauli apoſtoli, & patris prædictę uirginis, ac etiam Praxedis. Item ſancti Petri Moronii, qui fuit Cœleſtinus quintus, ac Papatuí reſignauit, author ordinis Cœleſtinorũ. Nam Cęleſtinus primus Papa, cuius tẽpore per Epheſinam Synodum ducentorum Patrum Neſtoris hæreſis damnata eſt; introitus miſſæ, & gradualia inſtituit. Trechas Iuonis presbyteri, literis, continentia, charitate, bonisque operibus præditi, miraculisq; clari: quem Clemens ſextus ſanctorum numero adſcripſit. Item ſancti Adulfi epi.

xii. *Tertiodecimo Calendas Iunij, Luna.*

G 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18

A, b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

20 Romæ uia Salaria natale ſanctæ Baſillæ virginis, à beata Eugenia, & à ſãctis Proto, & Hyacintho, inſtructæ, quæ neptis Galeni Imperatoris, & a ſponſo ſuo Pompeio delata, iuſſa eſt ut ſponſum reciperet, uel gladio interiret. cumq; reſponderet ſe Chriſtũ Regẽ Regũ habere ſponſum, gladio trãſuerberata eſt. Papiæ s. Theodori epiſcopi. Item s. Euſtathii, & ſociorũ martyrũ. In Galliis ciuitate Nemauſo ſancti Baudelii martyris. Bituricas, beati Auſtregiſilli epiſcopi, & martyris. Eodem die ſancti Bernardini Senenſis confeſſoris ordinis minoritani, in ciuitate Aquilana quieſcẽtis, qui totam Italiam ſuo illuſtrauit uerbo, & exemplo, quem Nicolaus quintus Papa, ſanctorum catalogo adſcripſit.

i.A *Duodecimo Calendas Iunij, Luna.*

1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

21 IN Mauritania Cæſarieſi, natale ſanctorum Timothei, Hippolyti, & Euthychii diaconi, qui uerbũ Dei diſſeminantes, ibi pariter coronã meruerunt.

item

Ayuntamiento de Madrid

Item apud Cæſareã Cappadociæ, ſanctorũ Polioti, Victoris,& Donati. Cordubæ ſancti Secũdini mart. Item tralatio beati Pauli mart. & Byzãtio Venetias in cœnobiũ ſancti Georgii,anno ſalutis 1222. Eodẽ die ſanctorũ Theopompi epiſcopi Nicomediæ,& Synesii martyrũ ſub Diocletiano. Trechas ſancti Maurilii cõfeſſoris.Nuceriæ ſancti Hoſpitii cõfeſſoris, qui ferro ad carcerẽ cinctus,& incluſus,abſtinẽtiſſimè uixit;& Longobardorũ multos conuertit;ut Paulus in eorũ hiſtoria refert. Item Helenæ uirginis.

*Vndecimo Calendas Iunij, Luna.* B

2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Aphrica natale ſanctorum Caſti,& Aemilii, q ut ſcribit beatus Cyprianus in libro de Lapſis,per ignem martyriũ conſummauerunt. Apud Corſicã ſanctæ Iuliæ Punicæ ſeruæ Euchi Syri,quæ crucis patibulo coronata eſt,cuius corpus i Gorgonã inſulã, & inde Brixiam tralatũ eſt ab Antia uxore Deſyderii Regis. Antiſiodoris sãctę Helenæ uirginis,& Romani abbatis,in Pago ipſius urbis. Romæ ſanctorũ Fauſtini,& Timothæi. Lemonicas S. Lupi epiſcopi. 22

*Decimo Calendas Iunij, Luna.* ix. C

3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Lingones s.Deſiderij epiſcopi.hic cum plebem ſuam ab exercitu Vandalorum uexari cerneret,pro ea ſupplicatur⁹ ſtatim iugulari iuſſus eſt,& pro ouibus ſibi creditis,ceruicem libenter tetendit, & percuſſus gladio,migrauit ad Chriſtum: Paſſi ſunt autem cũ eo, & alii plures de numero ſui gregis,& apud eandem urbem cõditi . In Hiſpaniis ſanctorũ Epitaſii epiſcopi,& Baſilei. Ipſo die S.Merurialis epiſcopi.Nicomediæ S.Theopõpi epiſcopi, 23



Ayuntamiento de Madrid

& Syneſii, qui magus erat, & Theon vocabàtur: quorum ille poſt multa tormenta decollatur, hic vero ſub humo infoditur iuſſu Diocletiani, qui hodie tumulati ſunt. Fuit & alter Deſyderius epiſcopus Lugdunenſis martyr, & Viennæ ſepultus.

D . *Nono Calendas Iunii, Luna.*

4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 31 11 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

24 NAtale S. Manaèm Herodis Tetrarchæ, collactanei, doctoris, & prophetæ ſub gratia noui teſtamenti, apud Antiochiam in Chriſto quieſcētis. In Galliis ciuitate Nānetis ſub Dioclitiano beatorū martyrū Donatiani, & Rogatiani fratrū, qui pro fide cōſtātes, in carcerē miſſi equuleo ſuſpēſi, ac laniati, lācea perfoſſi, & obtruncati ſunt. Apud Iſtriā ſanctorū mart. Zoili, Seruuli, Felicis, Syluani, & Dioclis. Itē B. Ioānæ vxoris Chuzę, pcuratoris Herodis Antipæ, quā cōmemorāt Euāgeliſtę. In portu Romano S. Vincētii mart. Bononiæ tralatio B. Dominici cōfeſſ. tempore Gregorii noni. Romæ Anolini carceris pfecti & triū Tribunorū mar. ab Vrbano Papa ibidē ī vinclis detento conuerſorum. Item S. Elęutherii Papæ.

xvij. *Octauo Calendas Iunij, Luna.*

E 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

25 ROmę via Nomētana, natale B. Vrbani Papæ, & martyris, cuius doctrina ſub Alexandri perſecutione, multi martyrio coronati ſunt. Hic cōſtituit vt omnia ſacra vaſa ſint ex auro, vel argēto, ſeu ſtāno. Mediolanii S. Dionyſij epiſcopi, qui apud Cappadociam pro fide catholica à Conſtātio Cōſtātini filio relegatus, in pace qeuit: poſtea verò reliquias eius per ſanctū Baſiliū epiſcopū receptas, B. Ambroſius cū digno honore condidit. Apud Myſiā ciuitate

Doro-

Ayuntamiento de Madrid

Doroſtoro ſanctorum martyrũ Paſſecratis, Valetij, & aliorum duorũ ſimul coronatorũ. Florẽtię in Thuſcia ſancti Zenobii epiſcopi. In agro Trechaſtino ſancti Leonis confeſſoris. Itẽ ſancti Bonifacii Papę. Apud Aſiſium tralatio ſancti Franciſci confeſſoris. Item tralatio ſancti Stephani martyris ex Bizantio Venetias in cœnobium ſancti Georgii. In Pannonia ſancti Nicetii martyris à Gothis in ignem proiecti. In Aegypto ſancti Mutii abbatis: De alio etiam Mutio obedientia claro meminit Heraclides. Eodẽ die memoria beatarum Marię Alphei, & Salomes, de quibus Euangeliſtæ.

*Septimo Calendas Iunij, Luna.* vj. F

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 17 28 | 9 20 | 1 12 23 | 4 15 26 | 7 | 18 29 | 10 21 | 2 13 | 24 | | | | | | | | | | |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

APud Athenas B. Quadrati epiſcopi, q̃ Publio ſucceſſit, & pro defenſione fidei librum Hadriano Eleuſinæ Cereris ſacra uiſenti tradidit. Itẽ ſancti Quadrati martyris, de quo Auguſtinus in ſermonibus. Tuderti in Thuſcia ſanctorũ Felicisſimi, Heraclii, & Paulini. Apud Tornacũ ſub Aureliano paſſio S. Priſci martyris, cũ ingẽti multitudine Chriſti fideliũ. In Britãnia S. Auguſtini epi, q̃ cũ Melito miſſus à S. Gregorio Papa primus genti Anglorum euangelium prædicauit. Eodem die S. Eleutherii Papæ, & martyris, à quo Lucius Britanniæ Rex conuerſus. Itẽ Romæ ſanctorũ martyrum Symmetrii præsbyteri, & aliorum uiginti duorum, ſub Antonino imperatore. 26

*Sexto Calendas Iunii, Luna.* G

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 7 18 29 | 10 21 | 2 13 24 | 5 16 27 | 8 19 30 | 11 22 | 3 14 25 | | | | | | | | | | | | |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

APud Myſiam ciuitate Doroſtoro, natale beati Iulii martyris, qui tpe perſecutionis miles ueteranus emeritus, corã iudice cũ Idola execraretur, & Chri- 27

& Chriſtum conſtanter conſiteretur capitali ſenten tia punitus eſt: cui cum ſe Heſychius miles Chriſtianus cõmẽdaſſet, dato oſculo, & ipſe poſt dies uiginti martyr martyrẽ ſecutus eſt. In Galliis ciuitate Auraſica S. Eutropij epiſcopi, cuius uitam illuſtrem uirtutibus, ac miraculis uerus epiſcopus cõmendat. In Pago Atrebatenſi S. Ragenulphi mart. Eodẽ die S. Ioannis Papæ, & martyris, qui in urbe multa cœmeteria reſtituit, ædesq́; ſacras dotauit, q. Theodorici Regis Arriani iuſſu Rhauennam relegatus, atque i uinclis maceratus obiit. Cõmemorandus, & hic Ioãnes ſecundus Papa, qui Arthemium Arrianũ condẽnauit. Et Ioannes tertius Papa ædium ſacrarũ fundator, & in pauperes munificus. Alexandriæ S. Aquilini præſbyteri, & aliorum quatuordecim. In Anglia S. Bedę præsbyteri uenerabilis, ac literatiſſimi doctoris. Ciuitate Sarona paſſio ſanctæ Reſtitutæ uirginis.

xiiii. *Quinto Calendas Iunii, Luna.*

A 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

28 Ariſiis ciuitate S. Germani epi, qui quãtę ſanctitatis, quãti meriti fuerit, q̃bus miraculis claruerit Fortunatus eps teſtificat. In Sardinia ſanctorum Aemilii, Priami, Luciani, & Felicis Fęminę. Itẽ S. Caurani mart. apud Carnutũ decollati. In agro Lugdunẽſi S. Guilelmi primũ Ducis Aquitaniæ, mox in ualle Gelona ſtructo cœnobio, monachi sãctiſſimi. Hic & Symmachus ſocer Boetii referẽdus uidet, quẽ Theodoricus Rex Arrianus Rhauẽnæ ſecuri ꝑcuti iuſſit.

iii. B *Quarto Calendas Iunii, Luna.*

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

29 Apud Iconium ciuitatem Iſauriæ, ſiue Nicomediæ paſſio S. Cononis, eiusque filii duodecennis, qui



Ayuntamiento de Madrid

Aureliano imperante,ſub comite Domitiano,crati cula,ſartagine,incendio,ac malleorum ligneorum contuſione uexati,& extincti ſunt.Apud Tridentum ſanctorum Siſinii Cappadocis,Martyrii, atque Alexandri,qui primùm à ſancto Ambroſio Mediolani, inde à Vigilio Tridenti epiſcopo ſuſcepti,& ad prædicandum miſſi,ut ſcribit beatus Paulinus,ſub gentilium perſecutione coronam adepti ſunt. Treueris beati Maximini epiſcopi,à quo Athanaſius antiſtes perſecutionem Cõſtantii uitans ſuſceptus eſt.Romę uia Aurelia,natale ſancti Reſtituti. Via Tiburtina ſeptem germanorum martyrum.

*Tertio Calendas Iunii, Luna.* C

10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ uia Aurelia, natale ſancti Felicis Papæ, 30
qui cùm annos quinq; ſediſſet,ſub Claudio principe martyrio coronatus eſt,qui cõſtituit ſupra memorias martyrum Miſſas celebrari.Turribus Sardiniæ ſanctorum martyrum Gabini, & Chriſpuli. Antiochiæ ſanctorum Heſychii, & Phalerini, qui multa tormenta paſſi ſunt. Apud Tũgreſſam ſancti Cutberti epiſcopi.Eodẽ die tralatio ſancti Nicolai a Myrrhea ciuitate Venetias,anno ſalutis 1086.una cum corporibus ſancti Theodori,& Nicolai patrui eiuſdem urbis epiſcoporum.

*Pridie Calendas Iunii,Luna.* xi.D

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 14 15 26 7 18 29
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

ROmę S.Petronillę uirginis filię beati Petri Apo 31
ſtoli,quæ Flacci Comitis coniugium ſpernens, acceptis triduanis induciis ieiunio,& p̃cibus uacans, tertio die mox ut Chriſti ſacramẽtum à beato Nicomede præsbytero accepit, emiſit ſpiritum.Hu-



Ayuntamiento de Madrid

ius ſepulchrum Paulus Papa aperiens, ut corpus virginis transferret, inuenit in ſarcophago ſculptũ, Aureæ Petronillæ dulciſsimæ filiæ. Apud urbem Aquileiam, ſanctorũ Cãcii, Cãciani, & Cãcianillæ fratrũ, q cũ eſſent de genere Annitiorũ, ob Chriſtianæ fidei conſtantiã vnà cũ Pedagogo Proto capite plexi sũt. Turribus Sardiniæ ſancti Creſcentiani mart.

E **CALENDIS IVNII, LVNA.**

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Dies. 2. ROmæ dedicatio Altaris ſancti Nicomedis præsbyteri, & martyris, cuius martyrium celebratur decimoſeptimo Calẽdas Octobris. Apud Cæſaream Paleſtinę ſub perſecutione Maximiani, B. Pamphili pręsbyteri, & martyris, cuius uitam Euſebius Cæſarienſis epiſcopus ſcribit. Auguſtoduno ſanctorum Reuerentiani epiſcopi, & Pauli pręsbyteri cum aliis decem, qui ſub Aureliano principe martyrio coronati ſunt. Ipſo die ſancti Caprafii abbatis monaſterii Lirinenſis. Romæ ſancti Viuentii ex Gallia pręsbyteri, qui Theodoſij, & Valentini temporibus claruit.

xix. *Quarto nonas Iunij, Luna.*

F 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

2 ROmę natale ſanctorũ martyrũ Marcellini p̄sbyteri, & Petri exorciſtę, q ſub Diocletiano, cum Arthemium cuſtodẽ carceris, & eius uxorẽ Candidam, & eorum filiam Paulinam, totamq; domum in uinclis ad fidem erudientes, poſt duros cruciatus decollati ſunt ſub iudice Sereno. Eodẽ die apud Lugdunum ſanctorũ Photini, & Alexandri Pontificũ, Zacha-

chariæ prẹsbyteri, Alcibiadis, Attali, Ariſtei, Syluii,
Cornelii. Itẽ Blãdinẹ, Albinẹ, Tulliæ, Hippodamiæ,
Pompeię, Antoniæ, & aliorũ triginta quatuor pro-
miſcui ſexus martyrũ, temporibus Marci Aurelii, &
Antonini Veri, principum. In Campania apud For-
mias S. Eraſmi epiſcopi, & martyris: hic ſub Diocle
tiano, primùm plũbatis, deinde fuſtibus maceratus:
poſt reſina, ſulfure, plumbo, pice, cera, oleoq; perfu-
ſus, illæſus apparuit: Deinde ſub Maximiano diuer-
ſis, atq; immanibus ſupplicijs cruciatus, ſubuerſa Io
uis ſtatua, tãdem uocatus à Domino quieuit, Caietã
trãlatus: Hic in tempeſtate à nautis inuocatur, quo
niam in eius paſsione tonitrua, & coruſcationes ef-
fulſere, quibus multi territi, & perempti ſunt.

*Tertio nonas Iunÿ, Luna.* viij.

14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 G.
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

APud Aretiũ ciuitatẽ Thuſciæ ſanctorũ martyrũ 3
Pergentini, & Laurentini fratrum puerorum ſub
Decio, poſt dira ſupplicia, & miracula gladio cę
ſorũ. Cordubę B. Iſaac monachi annorũ 27. qui pro
fide Chriſti gladio necatus eſt. In agro Aurelianẽſi
s. Liſardi pſbyteri, & fratris s. Leonardi temporibꝰ
Clodouei regis, & s. Remigii epiſcopi. Fuit & alius
Iſaac abbas, qui de Syria Spoletũ uenit, de quo Gre-
gorius in Dialogis. Item Iſaac Antiochenæ Eccleſię
prẹsbyter continentia, & literis clarus, de quo Gen-
nadius. Eodem die ſanctorũ tercentum triginta mar
tyrum ſub Maximiano à beato Eraſmo conuerſorũ.

*Pridie Nonas Iunÿ, Luna.* xvi.

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 3 A
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

APud Illyrię ciuitatẽ Sciſciã natale b. Quirini epi 4
q ſub Diocletiano, pro Chriſti fide, ut Prudẽtius
ſcri-

Ayuntamiento de Madrid

ſcribit, ſub Amantio præſide ligato ad manum molari ſaxo, in fluuium Sabarim præcipitatus eſt, prius circunſtantes hortatus ne ſuo exemplo terrerentur, uix precibus obtinuit, ut mergeretur; cuius corpus Romam tralatum, ac catecumbis in uia Appia conditum. Romę Plauti, Aretii, & Daciani. Item ſancti Vdalrici epiſcopi. Iconii ſub Alexandro imperatore quadraginta quatuor martyrũ à ſanctis Quirico, & Iulita conuerſorum. In Cilicia ſanctorum Pergétii, Philippi, Eutychi, Saturnini, & Iuliæ martyrum.

v.B *Nonis Iunij, Luna.*

16 27 8 19 1 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 Apud Aegyptum natale ſanctorũ Martiani, Nicanoris, & Apollonii, quorum geſta habentur. Eodem die ſancti Bonifacii epiſcopi Maguntini, q ex Britannia profectus, tempore Pipini Regis, quem unxit, Chriſtum euangelizãs, cùm apud Phriſios maximam multitudinem conuertiſſet, gladio peremptus, martyrium conſummauit, cum Eubarico, & aliis. In agro Venafrano propè Atinam ſanctorum Nicandri, & Martiani martyrum ſub Maximiano. Apud Tharſum Bonifacii martyris, cuius corpus Romam tralatum, & in uia Latina ſepultũ ſub Diocletiano. Eodem die ſanctæ Seueræ, cum germanis Galendino, & Marco. Fuit & Bonifacius eps Boſnenſis conſanguineus Othonis tertii, mart. Itẽ Bonifacius epiſcopus Carthaginenſis tempore Zenonis Imperatoris, de quo Sigibertus literis, & ſanctitate clarus.

C *Octauo idus Iunij, Luna.*

17 28 9 20 2 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

6 Natale beati Philippi unius è ſeptem Diaconis p Apoſtolos iſtituti, hic ſignis, & prodigiis apud

Cæ-

Cæſaream Paleſtinæ quieuit,iuxta quem tres uirgines filiæ ipſius uaticinio claræ tumulatæ iacent;Nã quarta Epheſi occubuit,uel hæc eſt Philippi apoſtoli.Apud Tharſum Ciliciæ,martyrum uiginti, temporibus Diocletiani,qui ſub Simplicio Duce per diuerſa ſupplicia glorificauerunt Deũ in corporibus ſuis,quæ ſunt Hipponem tralata,ut ſcribit Auguſtinus. Romæ ſub Diocletiano imperatore, ac iudice Sereno Sanctorum Artemii, cum uxore ſua Cãdida & filia paulina, ex quibus ille gladio percuſſus, hæ uerò lapidibus obrutæ ſunt in uia Aurelia.Niuiodunno ſanctorum Amantii, & Alexandri; Apud Mantuam inuentio beati Cœleſtini martyris.

Antiochiæ S. Aſclepiadis epiſcopi. Item S.Vincentii epiſcopi Meuiæ ciuitatis, iuxta Leuaniam ſepulti,qui ſuperatis cruciatibus,ferisq; manſuefactis deceſſit. Eodem die S. Claudii Biſuntinenſis Præſulis,qui delitiis contemptis, monacus euaſit, tempore Childelberti Regis.

*Septimo idus Iunii,Luna.* xiii. D

18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 6 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

CONſtãtinopoli natale S.Pauli eius ciuitatis epiſcopi,qui à Conſtantino imperatore in oppidum Cappadociæ Cucuſam ob catolicam fidẽ relegatus, Arrianorum inſidiis crudeliter ſtrãgulatus ad cęleſtia regna migrauit. Cordubæ ſanctorũ Petri presbyteri,Euentii,Ieremiæ,[& aliorum triũ. in Cæſarea Cappadociæ sancti Luciani martyris.Eodẽ die relatio corporis ſancti Seruatii epiſcopi à Saſonia,quo ab Eldone Hẽrici Regis filio tralatũ fuerat,in Traiectum urbem ſuam:



Ayuntamiento de Madrid

ij. E *Sexto idus Iunij, Luna.*

19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

8 IN Galliis Sueſſionenſis ciuitate natale beati Medardi epiſcopi Nouiomenſis, cuius uita, & mors precioſa glorioſis miraculis commẽdatur. Apud Sennones s. Heraclii epi. In Sardinia s. Iuſtiniani: Cordubæ s. Abundii presbyteri, & mart. Eodẽ die ſancti Gildadi epiſcopi Rhotomagenſis fratris prædicti Medardi, quos ferunt eodem die natos, eodem creatos epiſcopos, & eodem defunctos, tempore Clotarii Regis. Metis ciuitate ſancti Codulfi epiſcopi, & confeſſoris. Item Pelagiæ uirginis. Et apud Trechas Syriæ matronæ.

F *Quinto Idus Iunii, Luna.*

20 2 12 23 5 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

9 ROmæ in monte Cęlio, natale ſanctorum martyrum *Primi*, & Feliciani ſub Diocletiano, & Maximiano imperatoribus. Hi glorioſi Martyres longęuam, in Domino uitam ducentes, traditi Promoto Præſidi ciuitatis Nomentanæ, & nunc paria, nunc diuerſa, & exquiſita ferentes tormenta, ferociſſimis etiam beſtiis manſuefactis, tandem felicis pugnæ curſum gladio cęſi cõſummauerunt. In Galliis ciuitate Agenno, paſsio s. Vincentii Leuitæ, & mart. In Scotia s. Columbi presbyteri, & confeſſ. Niceæ ſanctorum Diomedis, Amaranthi, Motiani, & Ianuarij martyrum. Item Maximiani Syracuſani epiſcopi, qui tempore Gregorii Papę claruit.

x. G *Quarto Idus Iunii, Luna.*

21 3 13 24 6 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Romæ

Ayuntamiento de Madrid

ROmæ via Aurelia, natale ſanctorum Baſilidis, Tripodis, & Mandali ſub Aureliano Imperatore, ac præſide Platone, & aliorũ viginti martyrum. Eodem die via Salaria in Sabinis paſsio beati Getuli clariſſimi, & doctiſſimi viri, & ſociorum Cerealis, Amantii, & Primitiui: qui iuſſu Hadriani Imperatoris, primum cæſi, dein in carcerem retruſi, poſtremum incendio traditi ſunt, fuit autem Cerealis Vicarius: Amantius autem frater Getulii, & ſub Licinio conſulari conſumpti. Apud Nicomediam s. Zachariæ martyris. 10

Item diuiſio Apoſtolorum anno poſt Chriſti paſſionem decimotertio.

Apud Coloniam Agrippinam Maurini mart. Maſſiliæ in Gallia Maximini Aquenſis epiſcopi, qui cũ Maria, Martha, Lazaro, Marcilla, & Chelidonio illuc, Deo duce, appulerant, & iuxta corpus Mariæ ſepultus; vbi etiam poſtea Marcillæ, & Chelidonii corpora inuenta ſunt, & honeſtius tumulata. Fuit autem Marcilla; quæ in euangelio dixiſſe ſcribitur, Beatus venter qui te portauit, &c. Chelidonius autem ille cœcus à natiuitate, cui Dominus viſum reſtituit.

*Tertio idus Iunij, Luna.* A

22 4 14 7 17 28 9 20 2 12 23 5 16 26 8 18 20 10
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale S. Barnabæ apoſtoli, qui à diſcipulis cum Paulo apoſtolo gentium doctore apoſtolus ordinatus eſt. Inde in Cypro ciuitate Salaminæ à Iudæis tractus extra vrbẽ & incendio traditus eſt. Cuius corpus tempore Zenonis Imperatoris, ipſo reuelante repertum eſt. In Aquileia paſſi ſanctorum Felicis, & Fortunati ſub perſecutione Diocletiani, & Maximiani fratrum, qui ſub Præſide 11



Ayuntamiento de Madrid

Euphemio equuleo ſuſpenſi, facibus, & oleo feruenti cruciati, tandem in confeſsione Chriſti obtruncati ſunt. Apud Corinthum Soſthenis diſcipuli Pauli apoſtoli. In Aegypto ſancti Onophrii Anachoretæ, quē Pannuntius abbas canis lōgisſimis pilisque horridū reperit in deſerto, atque defunctū ſepeliuit. Huc pertinet memoria ſanctorū Ioannis, Andreę, Alconis & Theophili anachoretarum ab eodem repertorum.

xviii *Pridie idus Iunii, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| B | 23 | 5 | 15 | 26 | 8 | 18 | 29 | 10 | 21 | 3 | 13 | 24 | 6 | 16 | 27 | 9 | 19 | 1 | 11 |
| | A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

12 MEdiolani natale beati Nazarii martyris. quem Anolinus ſub rabie perſecutionis, quæ per Neronem excitata eſt, diu maceratum, & afflictum in carcere, & cum eo ſanctisſimum puerum Celſum, quem idem ipſe nutrierat, gladio feriri iuſſit; Fuit autem beati Nazarii Pater Aphricanus, mater Perpetua à Petro apoſtolo baptizata: Ipſe autē Nazarius à ſancto Lino inſtructus, & baptizatus: Horum corpora, ut ſcribit ſanctus Paulinus tēporibus Arcadii, & Honorii, beatus Ambroſius, Deo reuelāte, reperit. Martirii uerò recolitur memoria quinto Calendas Auguſti.

Romæ ſanctorum martyrum Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii, ſub Diocletiano, & Maximiano.

vii.C *Idibus Iunii, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 24 | 6 | 16 | 27 | 9 | 19 | 1 | 11 | 22 | 4 | 14 | 25 | 7 | 17 | 28 | 10 | 20 | 2 | 12 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

13 PAtauii natale beati Antonii illuſtris confeſſoris, ex ordine minorum, qui ex *Vlyxbona* Luſitaniæ celeberrimus extitit vita, miraculis, & doctrina, à Gregorio nono ſanctorum numero adſcriptus, Romæ uia Ardeatina natale ſanctæ Feliculæ uirginis, & martyris collectaneæ beatæ Petronillæ, quæ nollens nubere,

Ayuntamiento de Madrid

nubere, nec Idolis immolare, tradita eſt cuidam uicario Flacco, qui eam in Chriſti confeſsione perſeuerantẽ, carcere, inedia, & equuleo afflictam in cloacam præcipitari iuſsit, quã ſanctus Nicomedes presbyter in prędicta uia tralatam ſepeliuit. In Aphrica ſanctorum martyrum Fortunati, Luciani, & Creſcentiani. Eodem die Fandilæ presbyteri apud Cordubam decollati. Item s. Peregrini, ſiue Cetei Aternenſis epiſcopi, & martyris in Hadrienſi ciuitate in fluuium Piſcariæ merſi, tempore s. Gregorii papæ. Item tralatio s. Bartolomei apoſtoli ab India in Liparam inſulam. Item inuentio corporis beati Antonii abbatis, quod ex Aegypto Conſtantinopolim tẽpore Conſtantini deuectũ eſt; inde à filio ſancti Guilelmi Comitis Iacobino, Viẽnã in Galliã tralatũ eſt.

*Decimooctauo Calendas Iunii, Luna.* D

257 17 28 10 20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 13

A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

ELiſæi prophetæ, qui apud Sammariam Paleſtinæ, ut Diuus Hieronymus ſcribit ſitus eſt; ubi & Abdias propheta quieſcit. 14

Apud Cęſaream Cappadociæ natale beati Baſilij epiſcopi, qui tempore Valentis, doctrina, & uirtutibus effulſit, cuius uitam Amphilocus Iconienſis epiſcopus ſcripſit. Ipſo die Quintiani presbyteri, & Titi confeſſoris. In agro Sueſionenſis ciuitatis ſanctorum martyrum Ruffini, & Valerii, qui à præſide Rictiouaro poſt multa tormenta iuſsi ſunt decollari ſub Diocletiano. In Britannia Brandani abbatis, q. cum quatuordecim Monachis perluſtrãs Oceanum, & inſulas Fortunatas, mirabilia uidiſſe refertur. Syracuſis ſancti Martiani epiſcopi, qui ab apoſtolo miſſus Seleucum, ibi & Gordium, & magnam multitudinem conuertit.



Ayuntamiento de Madrid

*Decimoſeptimo Calendas Iunii, Luna.*

26 7 18 29 10 21 2 14 24 5 16 27 8 19 1 12 22 3 15
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

15 IN Sicilia, iuxta Selinuntem fluuium ſanctorum martyrũ Viti pueri,& Modeſti,atque Creſcentiæ ipſius nutritorum ſub Diocletiano Imperatore; qui poſt ollam plumbi feruentis,poſt beſtias, & cataſtas diuino auxilio ſuperatas, curſum glorioſi certaminis peregerunt.Apud Myſiam ciuitate Doroſtoro S.Heſychii militaris, qui cum beato Iulio comprehenſus ſub Præſide Maximiano, poſtea martyrio coronatus eſt. Item Eadburgæ virginis.

4. F

*Sextodecimo Calendas Iunij, Luna.*

27 8 20 2 12 23 5 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

16 IN Galliis apud vrbem Biſuntium,ſanctorum martyrum,Fereoli presbyteri,& Ferrutionis diaconi, qui à beato Hireneo epo ad prædicandũ verbum Dei miſſi, poſtea ſub Claudio iudice ad trochleas extenſi,linguis præciſi,& ſubulis puncti, gladio percuſſi ſunt. Antiochię ſanctorum martyrum Quirici, & Iulitæ matris eius, qui poſt verbera, & tormenta martyrium obtruncatione capitis compleuerunt,: Paſſi ſunt cum eis alii 444. Lugduni depoſitio beati Aureliani Arelatenſis epiſcopi. Ciuitate Nannetis, S. Similiani epiſcopi. Apud Maguntiã s.Aurei epiſcopi,& Iuſtinæ ſororis eius martyrũ.In Galliis apud Blauium in ęde Diuo Romano ſacra memoria Rotlandi equitis,& in aliis locis aliorum militum, Palatinorumq; Ducum qui iuxta Pompelonem ſub Pyreneis montibus pro Chriſto pugnantes, Gaualoni proditione,Carolo magno imperante occubuerunt.



Ayuntamiento de Madrid

G

*Quinto decimo Calendas Iulii, Luna.*

28 10 20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 16
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Iudęa apud Iordanem fluuium raptus Elię pro 17
phetæ per currum igneum, tempore Ioran Regis. Romę ſanctorum martyrum ducentorum ſexaginta duorum, qui poſiti ſunt in via Salaria veteri, ad cliuum cucumeris. Item Himerii in Thuſcia epiſcopi Aemilię, cuius corpus Cremonam tralatum eſt. Eodem die ſancti Vulmari confeſſoris admirandæ ſanctitatis, & religionis viri. Alexandrię ſanctorum Dioſcuri, & Marini martyrum. Item Piſis ſancti Ranerii viri nobilis, ac poſtmodum peregrini, qui cum Hieroſolyma viſitaſſet abſtinentia, & pietate clarus obiit, anno ſalutis 1161.

Item ſanctæ Eliſabetę virginis de Sconangia multis oraculis clarę anno ſalutis 1156. In Pago biturico Gundulfi præſulis. Cęnobio Area Iuliani confeſſoris. Item Badulfi abbatis.

*Quartodecimo Calendas Iunii, Luna.* 12.A

29 11 21 3 14 24 6 16 27 8 19 1 12 22 4 15 25 7 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmę via ardeatina, natale ſanctorum Marci, & 18
Marcelliani fratrum, qui ſub Diocletiano Imperatore à iudice Fabiano tenti, & ad ſtipitem ligati, in pedibus clauos acutos acceperunt: tũc Deũ laudantes, lancea per latus transfixi, martyrii gloriam adepti ſunt. Alexandrię ſanctę Marinæ virginis. In Hiſpaniis ciuitate Malacha ſanctorum martyrum Syriaci, & Paulę virginis, qui poſt multa tormenta lapidibus obruti, animas cęlo reddiderũt. In Lipara Calogeri monachi ſanctiſsimi, de quo videtur Gregorius in quarto Dialogorum mentionem facere, ait enim, à quodam ſolitario magnę virtutis

F 3 viro

Ayuntamiento de Madrid

uiro Liparam habitante, Theodorici regis Arriani præuiſum fuiſſe interitum, eiusq; animam à Ioanne papa,& Symmaco Patritio,quos ipſe peremerat, in Vulcani incendi m iactatam.

i. B *Tertiodecimo Calendas Iunij,Luna.*

1 12 22 4 15 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

19 Mediolani ſanctorum martyrum Geruaſij,& Protaſij,& filiorum ſancti Victalis: ex quibus priorem tandiu iuſsit Aſtaſius comes plumbatis cædi,quouſque exhalaret ſpiritum,ſequentem uerò fuſtibus cæſum capite truncari; Horum ſepulchrum ſanctus Ambroſius,Domino reuelante,reperit;& ita integra eorum corpora,ac ſi eo die fuiſſent interempti. Rhauennæ s.Vrſicini martyris ſub Nerone, qui ſub iudice Paulino poſt nimia tormenta in confeſſione Domini conſtans, capitis abſciſione martyrium compleuit.

Item ſancti Romealdi Camaldulenſium monachorum patris tempore Othonis tertij. Item Ioannis,& Benedicti monachorũ dicti Rǒmoaldi diſcipulorũ martyrum.Cenomannis ſancti Innocentij antiſtitis.

C *Duodecimo Calendas Iunij,Luna.*

2 13 23 5 16 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 17 27 9 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

20 Romæ depoſitio ſancti Nouati fratris s. Timothei presbyteri,qui ab Apoſtolis in fide eruditi ſunt; Horum ſorores fuerunt beatæ Potẽtianæ, & Praxedis ſacræ uirgines chriſti. Eodem die ſanctæ Florentiæ uirg. Item s. Syluerij Papæ, qui cum nollet Parthemium Patriarcham ob hereſim damnatum, reſtituere in Pontianas inſulas,relegatus à Beliſario Patritio defecit. Ciuitate Tomis ſanctorum Pauli,Cypriani,Felicis,& Felicianæ martyrum.



Ayuntamiento de Madrid

Item Vitalis apoſtolorum diſcipuli martyris. Item Genulfi præſulis.

*Vndecimo Calendas Iulii, Luna.* ix. D

3 14 24 6 17 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

SYracuſis in Sicilia natale ſanctorum martyrum Ruffini,& Martiæ. Ciuitate Cęſarea Paleſtinæ S. Euſebii epiſcopi viri doctiſsimi,& hiſtoriographi. Romæ ſanctæ Demetriæ uirginis,quæ filia fuit Fauſtini,& ſanctæ Darfoſæ,& ſoror ſanctę Bibianæ; Hęc cum ante impium Iulianum pro fide Chriſti introduceretur,in confeſsione Domini emiſit ſpiritũ. In Aphrica ſanctorum Cyriaci,& Apollinaris, uirorum miræ ſanctitatis. In Pago Eboracenſi s. Lendfredi abbatis. Apud Maguntiam ſancti Albani epiſcopi, & Auguſtę in Gallia Vrſi clerici martyrum, quorum corpora Venetiis quieſcunt, quorum ille ab Arrianis dum prędicaret eſt peremptus. 21

*Decimo Calendas Iulii, Luna.* E

4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Britannis Verolanio ciuitate s. Albani marty. qui tempore Diocletiani poſt uerbera, & acria tormenta capite plexus eſt; Paſſus eſt cum illo etiam unus de militibus, eo ꝙ eum ferire iuſſus noluerit. Apud Nolam in Cãpania beati Paulini epiſcopi,de quo Gregorius in Dialogis; nõ ſolùm eruditione,& ſanctimonia, ſed etiã uirtute aduerſus dęmones clari. Apud Alexandriam in monte, qui uocatur Ararath,ſub Hadriano paſsio ſanctorum militum decem millium crucifixorum: quorum Agathius,Primicerius: dux uerò fuerat Heliades. Cluniaco cœnobio ſanctę Conſortię uirg. 22

Itẽ depoſitio ſancti Nicęę epiſcopi Romacianen-

F 4 ſis,

Ayuntamiento de Madrid

ſis doctrina,& pietate conſpicui. In Alemania ſanctæ Hildegardis virginis ſanctiſſimę, & vaticinio claræ, temporibus Conradi tertii.

xvii. *Nono Calendas Iunii, Luna.*

F 5 16 26 8 19 29 11 21 3 14 24 6 17 24 9 20 1 12 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

23 VIgilia ſancti Ioannis Baptiſtæ. Item S. Ioannis presbyteri, quem impius Iulianus apoſtata inauditum in via ſalaria veteri ante ſimulachrũ Solis decollari præcepit. In Flauia ciuitate S. Iuliani adoleſcentis martyris, qui tempore Decii, ſub præſide *Martiano* verberibus afflictus in mare merſus eſt. In Thucia, ciuitate Vernia S. Felicis presbyteri tempore Valeriani, cuius os iuſſit Turcius præfectus tamdiu lapide contundi, donec emitteret ſpiritum.

In Britannia ſanctæ Geltrudis Reginæ,& virginis, cuius corpus ab anno decimo ſepultum incorruptũ inuentum eſt. Ciuitate Oegnia Mariæ, quę caſtitate, ieiuniis, ſuppliciis, & officio in leproſos extitit admirabilis, quæ deceſſit anno ſalutis 1213.

vi. G *Octauo Calendas Iunij, Luna.*

6 17 27 9 20 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

24 N*Atiuitas beati Ioannis Baptiſta, præcurſoris Domini*, quem Deipara virgo natum de terra primum leuaſſe dicitur, qui ſeptennis eremum petiit, cuius vita,& obitus in euangelio celebratur.

Apud Epheſum dormitio S. Ioannis euangeliſtæ. In agro Pariſienſi vico Chriſtolio paſſio ſanctorum Agouardi,& Gilberti, cum aliis innumeris promiſcui ſexus. Auguſtoduno, Sancti Simplicii epiſcopi. Romæ Luceiæ virginis, & eius Domini Anceiæ Perſarum Regis ab ea conuerſi, & aliorum vigintiduorum

Ayuntamiento de Madrid

rum martyrum ſub Aelio prǽfecto, imperante Diocletiano. Maclinii ſancti Romoaldi epiſcopi, & martyris. In agro pictauienſi ſanctorum Columbæ, Maternæ, & Pecinæ virginum, & martyrum.

A

*Septimo Calendas Iunii, Luna.*

7 18 28 10 21 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Beroeam natale ſancti Soſipatris, diſcipuli 25
Sancti Pauli apoſtoli, qui ut Dorothæus abbas, Iconii: ut verò Origines teſtatur, Theſſalonicę epiſcopus fuit. Alexandrię ſancti Gallicani martyris, qui prǽfectus Conſtantini Auguſti, per eius filiam Conſtantiam ac ſanctos Ioannem, & Paulũ ad fidem cum duabus filiabus Attica, & Arthemia conuerſus eſt; Nã impetrata diuinitus contra hoſtes cupita victoria, Scythiſq; ſubactis, ipſe à promiſſo Cõſtantię coniugio abſtinuit, quinque millibus ſeruorum libertatem dedit. Inde cum quodam ſancto viro Hilario, erogatis opibus, apud Oſtiam tiberinã hoſpitalitati, & pauperum ſeruitio dabat operam; cuius facti fama adeo percreuit, vt multi ab oriẽte, & occidente profecti viſerent virum ex patritio, & conſule lauantem pauperum pedes, ponentem menſam, aquam manibus dantem; languentibus miniſtrãtem; cętera ſanctę ſeruitutis officia exhibentem: ipſe verò poſtea in Alexandriam reuerſus, eremum colens, cum ſacrificare cogeretur ſub Iuliano, & contemneret, gladio percuſſus, ſub Rauciano comite martyr euaſit. Venetiis reuelatio mirabilis ſancti Marci euangeliſtę. Apud Taurinum ſancti Maximi epiſcopi. Apud Regium Ciſalpinę Gallię Proſperi epiſcopi chronographi, & poetæ clariſſimi. Gortynæ in Creta ſancti Philippi epiſcopi. No-

Nouiomagi tralatio ſancti Eligii epiſcopi, de quo Calendis Decembris. qui & Aloigius, ſiue Aloeus.

xiiii. *Sexto Calendas Iulij, Luna.*

B 8 19 29 11 22 3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

26 Romæ in monte Cœlio ſanctorum Ioānis, & Pauli fratrum: quorum primus præpoſitus, ſecundus primicerius Conſtantiæ uirg. filiæ Conſtantini fuit; qui poſtea ſub Iuliano apoſtata, ac Terentio ductore cùm Ioui ſacrificare nollent, martyrii palmā gladio cæſi perceperunt, poſtmodum in Cœlio monte ſepulti. Apud urbem Tridentinam, S. Vigilii epiſcopi, qui temporibus Gratiani, Valentiniani, Honorii, & Theodoſij imperatorum, ſub Stilicone cōſule pro Chriſti nomine, magno lapidum imbre percuſſus martyrium impleuit. Fuit alter Vigilius epiſcopus Antiſiodorenſis, & martyr, imperante Conſtantino iuniore. In Pago pictauienſi s. Maxentii epiſcopi, qui miraculis claruit. Eodem die Perſeuerantiæ virg. Legionenſis ciuitate Pelagij martyris. Pictauii tralatio ſancti Hilarii epiſcopi.

iii. C *Quinto Calendas Iulij, Luna.*

9 20 1 12 23 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 26
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 Apud Galatiam beati Creſcentis diſcipuli beati Pauli apoſtoli, qui in Galliam tranſitum faciēs, verbo prædicationis multos ad Chriſti fidē conuertit, & epiſcopus Viennæ fuiſſe traditur. Rediens uerò ad Gentem cui ſpecialiter erat epiſcopus datus, Galatas uſq; ad finem uitæ ſuæ in opere Domini cōfirmauit. In Vngariæ ciuitate Varadienſi ſancti Ladiſlai Regis, qui miraculis uſque ad diem hodiernā coruſcat. Apud Tyburtinam Italiæ ciuitatem ſanctæ Symphoroſę cum ſeptem filiis Creſcentio, Iuliano,

Ayuntamiento de Madrid

no, Nemeſio, Primitiuo Iuſtino, Stacteo, & Eugenio, qui ſub Hadriano diuerſo mortis exitu martyrium compleuerunt: Hæc cõiux fuit beati Getulii, de quo ſupra quarto idus Iunij. Cordubæ ſancti Zoilus presbyter Aquileienſis, qui corpus beati Chryſogoni martyris, & aliorum ſepeliuit. Carthagine ſanctæ Cudenis martyris.

*Quarto Calendas Iulij, Luna.* D

10 21 2 13 24 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

VIgilia ſanctorum Petri, & Pauli apoſtolorum. 28
Romę beati Leonis papę nationis ſiculi, uiri eloquentia, & pietate clariſsimi. Apud Lugdunum Galliæ s. Hirenei epiſcopi, & martyris, quem cõſtat beati Polycarpi, Smyrnẽſis epiſcopi fuiſſe diſcipulũ, ut ſcribit beatus Hieronymus, & Photino epiſcopo, & martyri ſucceſsiſſe, poſtea uerò ſub perſecutione Seueri cum omni ferè ciuitatis ſuæ populo, glorioſo coronatus eſt martyrio. Alexandriæ ſanctorum martyrum ab Origene conuerſorum Plutarchi, Sereni, Heraclidis, Heronis, Potamiæ, & eius matris Marcellæ, Seronii; Baſilidis carnificis, & Heræ; inter quas emicuit Potamia uirgo, quæ primo innumeros agones pro virginitate, deinde exquiſitos, & inauditos cruciatus perpeſſa, poſtremò igne conſumpta eſt. Hireneus epiſcopus prædictus ſcripſit cõtra Menandrũ Sammaritanum Simonis magi ſucceſſorem: Itẽ contra Cherinthum prẽmia libidinis, & gulæ ſperantẽ.

*Tertio Calendas Iulij, Luna.* xi. E

11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ natale Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. 29
qui paſsi ſunt ſub Nerone Cæſare, Baſſo, & Thuſco Conſulibus, quorum prior in eadem urbe, ubi

vbi crucifixus, non longe ab Apollinis templo, interiit; ſequens quoque in via hoſtienſi, vbi decollatus fuerat, ſepultus pari habetur honore: anno imperii Neronis poſtremo; à paſſione Chriſti trigeſimoſeptimo. Eodem die ſancti Marcelli martyris, qui apud caſtrum Argentomachum, pro fide Chriſti vnà cũ Aſtaſio militari viro, capite plexus eſt. In agro Senonico ſanctę Benedictę virginis Cruci appenſę, & ibidẽ ſanctarum Muſtiolę & Beatę virginũ. Item Caſsi epiſcopi Narnienſis tempore Totilę. Eodem die ſanctorum Nouatiani, & aliorum 997. martirũ.

F *Pridie Calendas Iulii, Luna.*

12 23 4 15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

30 C*ommemoratio ſancti Pauli apoſtoli*. Romę beatę Lucinę apoſtolorũ diſcipulę in cripta ſepultę, quã ipſa ad cõdenda mertyrum corpora cõſtruxerat. Lemonica ciuitate, ſancti Martialis epi cum duobus presbyteris Alpiniano, & Stratocliano' quorum vita miraculorum ſignis, & virtutibus admodũ effulſit. Ipſo die ſancti Diſici presbiteri ſiue Corſici, & Leonis ſubdiaconi martirum. Tũderti ſancti Fortunati Epiſcopi.

Traditur & altera Lucina matrona romana tẽpore Diocletiani in ſanctos officioſa, q̃ & pluriũ martyrum corpora, vt Cyriaci, Largi, Smaragdi, atque Sebaſtiani in prędio ſuo condiderat.

Fertur autem Martialis ille puer fuiſſe, qui habebat quinque panes ordeaceos, & duos piſcés; & qui Domino apoſtolorum pedes lauanti aquam in peluim miniſtrabat, & à Petro poſtea in Galliam deſtinatus.

CALEN-

Ayuntamiento de Madrid

CALENDIS IVLII, LVNA. xix.
G

13 24 5 16 27 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

OCtaua ſancti Ioānis Baptiſtę, & ipſius prę Dies
curſoris Circuncisio: & trimeſtris viſita- 1.
tionis, atq; virginalis obſequii terminus.
In monte Hor depoſitio Aaron Sacerdo-
tis primi. In agro Lugdunenſi depoſitio beati Do-
mitiani abbatis, qui primus illic eremiticam vitam
exercuit, & plurimos ſibi in Dei ſeruitio congre-
gans, atque virtutibus, & miraculis clarus, in ſe-
nectute bona quieuit. In agro Remenſi ſancti Theo
dori presbyteri. In portu Valentiano ſancti Sal-
uii confeſſoris. Ciuitate Angoliſina ſancti Epar-
chi monachi.

Apud Aegyptum ſancti Pambonis abbatis. In
Gallię caſtro Priuiniaco ſancti Theobaldi eremitę.
Cenomanis ſancti Carileſi monachi. Auguſtodu-
no ſancti Lęonis epiſcopi. Item ſancti Quintiani
martyris.

*Sexto nonas Iulij, Luna.* viii.
14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 A
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

V*iſitatio glorioſæ virginis Mariæ ad Eliſabeth.* Romę 2
via aurelia ſanctorum Proceſsi, & Martiniani,
qui à beato Petro apoſtolo baptizati, ſub Nero-
ne oris contuſionem, equuleū, neruos, fuſtes, flam-
mas, & ſcorpiones Paulino pręſide perpeſſi, nouiſ-
ſimè gladio cęſi martyrio coronati ſunt. Ipſo
die ſanctorum trium militum Longini, Megiſti,
& Aceſti, qui cum beato Paulo apoſtolo paſſi
ſunt. Item Sanctorum martyrum Ariſtonis,
(re-

Ayuntamiento de Madrid

Creſcentii, Eutychii, Vrbani, Vitalis, Iuſti Feliciſſimi, Felicis, Martiæ, & Symphoroſæ, qui omnes in cápania martyres fuerũt. Turoni depoſitio ſanctæ Monegundis uirginis.

B *Quinto Nonas Iulij, Luna.*

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

3 APud Ediſſam Meſopotamiæ tralatio S. Thomæ apoſtoli, ex India in Ediſſam, tempore Alexandri imperatoris, qui Perſas uicit. Apud Neocæſariam Ponti, ſancti Gregorii epiſcopi, qui iurgantibus de quodam ſtagno duobus fratribus, facta oratione, aqua lacum ſubduxit, & pace reſtituta, uirentem campum concordibus diuiſit: Sed & quodã tempore, ut phano conſtruendo locus ſufficeret, rupem precibus ſemouit. Alexandriæ ſancti Tryphonis, & aliorum duodecim. Conſtantinopoli ſanctorũ Acharii, Eulogii, Demetrii, & Euphemiæ martyrum. In Laodicia Syriæ ſancti Anatholii epiſcopi, qui admiranda ſcripta reliquit. Item Heliodori epiſcopi Altinenſis, ad quem Hieronymus ſcribit, ordinati à Chromatio epiſcopo Aquileiæ. Item Lanfranci abbatis Cudonienſis tempore Henrici quarti. Item ſanctorum Hirenei diaconi, & Muſtiolæ matronæ martirum apud Cluſium Thuſcię ſub Aureliano imperatore.

xvi. *Quarto nonas Iulij, Luna.*

C 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

4 IN Iudea ſanctorum Oſeę, & Aggęi prophetarũ. Turoni tralatio corporis sãcti Martini epiſcopi, & ordinatio epatus, & dedicatio Baſilicę ipſius per Põtificẽm Perpetuum, anno decimoquarto Leonis primi, & ab obitu Martini ſexageſimoquarto.



Ayuntamiento de Madrid

In Aphrica s. Iocundiani martyris in mare merſi. In agro Bituricenſi ſancti Lauriani martyris, cuius caput Hiſpalim tranſuectum eſt. Apud Syrmium in Pannonia ſanctorum martyrum Innocentii, & Sebaſtiæ, cum aliis triginta. Eodem die Vdalrici epiſcopi Auguſtenſis in prouincia Rhetię, qui tumulatus eſt à Volſangongo epiſcopo Ratiſponenſi magni, & glorioſi ab infantia, ad obitum.

*Tertio nonas Iunij, Luna.* 5 D

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Syriam natale s. Domitii marty. q uirtutibus ſuis multa incolis præſtat beneficia. Romæ ſanctę Zeos martyris, vxoris beati Nicoſtrati martyris, quæ dum ad confeſsionem beati Petri, & Pauli oraret, à pſecutoribus arctata, & in cuſtodiam obſcuriſsimã obtruſa, deinde à crinibus, & collo ab arbore ſuſpenſa ſubiecto horribili fumo, in cõfeſsione Domini emiſit ſpiritum. Eodẽ die Anſelmi Cantuarenſis epiſcopi, ac doctoris in Eccleſia celebris. Item Vgonis abbatis Cluniacenſis, q Henrici ſecundi filium Henricũ de ſacro fonte leuauit, & Remẽſi concilio per Leonẽ nonum celebrato interfuit. Vgo autem de ſancto Victore Pariſienſis canonicus, & theologus pſtãtiſsimus floruit imperãte Cõrado 3.

*Pridie nonas Iulii, Luna.* E

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

HIeroſolymis Iſaiæ prophetæ, qui iuxta piſcinam Siloe, Manaſſe regis iuſſu, lignea ſerra ſectus occubuit, ſepultusque ſub quercu Rogel, iuxta tranſitum aquarum. Item octaua Apoſtolorũ, & primus ingreſſus Pauli apoſtoli in vrbem Romã anno ſecũdo imperii Neronis. Romę s. Trãquillini mart. 6

qui

qui ex Martia Marcũ,& Marcellianũ,de quibus deci moquarto Calend. Iulii,genuerat,qui dum ad beati Pauli apoſt.confeſſionẽ oraret,tentus à Paganis, ac lapidatus,martyriũ cõſummauit, ſub Diocletiano. In Pago Treuerenſi s. Goar monachi,tẽpore Mauritii Imp. In Cãpania ſub Diocletiano ſanctæ Dominicæ virginis,& mart. q̃ Idolis fractis, igne, beſtiiſq; ſupatis,decollata migrauit ad Dñm, cuius corpus Tropeæ quieſcit in Calabria. Itẽ Iohelis prophetæ.

xiij. *Nonis Iulii, Luna.*

F 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 234 15 267

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

7 APud Alexandriam,natale S.Pantherii diſcipuli s.Marci euangeliſtæ viri apoſtolici,& oĩ ſapiẽtia adornati:cuius tantũ ſtudium, & tãtus amor erga verbũ Dei fuit,vt ad prædicandũ euangelium à Demetrio Alexandrino ẽpo miſſus ad extremas Indiæ gentes,fidei,ac deuotionis calore ſuccenſus proficiſceretur. Romæ ſub Diocletiano ſanctorũ martyrũ Claudii,Nicoſtrati,Caſtoris,Victorini, Semproniani,Seueri,Seueriani,Simplicii,& Carpophori,Primi,& Septimii; quos Fabianus Iudex per decem dies minis,& blãditiis agẽs,cùm in nullo penitus poſſet commouere, iuſſit eos tertiò torqueri, ac poſtea in mare præcipites dari. Eodẽ die ſancti Vilibaldi ẽpi. Itẽ ſancti Nicoſtrati viri Zoes,de qua nudius tertius ſub eodem Fabiano martyris,quos à ſancto Sebaſtiano conuerſos Polycarpus presbyter baptizarat.

ii. G *Octauo idus Iulij, Luna.*

20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

8 IN Aſia minori ciuitate Synope Galatiæ ſancti Aquilę Iudęi,& Priſcillæ vxoris eius,de quibus mẽtio fit in actis apoſtolorũ. In Paleſtina beati Procopii

copii martyris,qui à Scythopoli ductus Cæſareã, ad primã reſponſionẽ pro cõſtantia fidei,à iudice Fabia no capite cæſus eſt. Eodẽ die ſanctorũ Cœliani epi ge nere Scoti,Colonati presbyteri, & Romani diaconi martyrũ apud Vizeburgũ in Germania, Conſtantino imperante,quos Gerlanda uxor Gutberti ducis inter fici clàm iuſſit,quod Cœlianus eius coniugium, quia uiri fratrem duxerat,damnaſſet. Item s. Pauli marty. Conſtantinopolitani. Ipſo dies.Horberti Parthenopolitani epiſcopi ex Lothoringia fundatoris præmõ ſtratenſis ordinis. Heracleę ſanctorũ Ioannis,& Aprĩ confeſſorum. Item ſancti Grimbaldi presbyteri.

*Septimo idus Iulii, Luna.* A

21 2 13 22 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Octaua uiſitationis glorioſæ uirginis Marię. Romæ ad guttã iugiter manantẽ,s.Zenonis martyris,& aliorũ decẽ milliũ ducentorũ triũ. Eodem die Romæ beati Cyrilli epi, qui flammis iniectus,cũ illęſus euaſiſſet,& à iudice ſtupefacto dimiſſus, rurſum cõſtanter Chriſtum prędicans capite plexus eſt. In ciuitate Tyro,paſſio ſanctæ Anatholię, & Audacis ſub Decio Imp. quorũ Anatholia Chriſti uirgo diuerſis pœnarum generibus uexata,tandem gladio transfixa,in oratione mortua eſt. Audax quoq; in cuſtodiã datus,ueneno ſerpentis,quem ipſe immiſerat ab eã liberatus cõuertitur,nec mora capitali ſententia, corõnatur. Heliopoli iuxta libanũ montẽ s. Cyrilli diaconi & mart. imperante Conſtãtio,qui quoniã idola cõtriuiſſet a Paganis cõfeſſus ẽ,vt ſcribit Caſsiodorus. Ciuitate Marcula s. Brictii epiſcopi,qui multa perpeſſus ſub Martiano,multisq; conuerſis, quieuit in pace. Tauromínii Siciliæ s. Pãcratii epi ab Archagãio pagano iterfecti,cuius vitã ſcripſit Euagrius ei' diſcipulus: 9.



Ayuntamiento de Madrid

*Sexto idus Iulij, Luna.*

22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

10 ROmæ ſub Antonino, paſsio ſepté fratrũ filiorũ ſanctæ Felicitatis, ſcilicet Ianuarii, Felicis, Philippi, Alexãdri, Syluani, Vitalis, & Martialis, ex quibus Ianuarius ſub Publio Iudice, poſt verbera, & carcerem, plumbatis occiſus eſt. Felix, & Philippus fuſtibus mactati; Syluanus præcipitio interemptus; Alexander, Vitalis, & Martialis capitali ſentẽtia puniti. Item Romæ ſanctarum virginum Ruffinæ, & Secundæ ſororum, quæ ſub perſecutione Valeriani, & Galeni tormentis ſubactæ, tandem vna capite percuſſo; altera cæſa ceruice ſub Donato ꝑfecto, & Archeſilao comite ad cœlum migrarunt; quibus Plautilla Matrona in prædio ſuo ſepulcrũ extruxit; In Aphrica ſanctorum Ianuarii, Marini, Naboris, & Felicis decollatorũ, quorũ corpora Mediolanũ ſũt tralata. in Paleſtina Paterniani epi viri ſanctiſſimi. ipſo die ſãcti Pelagiæ mart. Gandaui ſanctæ Amelbergæ virg.

C *Quinto idus Iulii, Luna.*

23 4 18 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

11 ROmæ beati Pii Papæ, & martyris, qui Hermetis epiſcopi oraculo inſtructus Paſcha in die Dominico celebrandũ iuſſit. Itẽ tralatio S. Benedicti abbatis de Caſſinenſi monaſterio Floriacum & Scholaſticæ ſororis eius Cenamannos. Nicopoli in Armenia ſanctorũ martyrũ Ianuarii, & Pelagiæ ſub Licinio, qui equuleo, vngulis, & teſtarum fragmẽtis per dies quatuor cruciati, martyrium cõpleuerũt. In agro Pictauienſi ſanctorum Albini, Lyſiæ, & Sabini confeſſorum. Apud Semnones ſancti Sydronii martyris. Item Romæ ſanctorum, Stephani, & Leontii.

Quarto

Ayuntamiento de Madrid

*Quarto idus Iulij, Luna.* xviii

28 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 60 1 12 D

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Cyprum beati Iaſonis, vnius ex Chriſti diſcipulis. Aquileiæ ſancti Hermagoræ epiſcopi diſcipuli s. Marci Euangeliſtę, qui miraculis, & doctrina populos lucrifaciens, multis pœnarum generibus vexatus, cum Fortunato diacono capitali ſupplicio perpetuum meruit triumphum ſub Nerone. Mediolani ſanctorum Naboris, & Felicis, & ſociorũ ex Aphrica tranſuectorum: vel qui Mediolani iubente Maximiano in equuleo, flagris, vngulis, & facibus cruciati, iuxta portã Laudẽſis vrbis ſimiliter decollati, ac tumulati sũt. In Thuſcia ciuitate Lucana, beati Paulini primi epiſcopi, qui ſub Nerone iuxta radices Montis piſani, poſt multos agones triumphauit. Item ſancti Ioannis Gualberti. In agro Biturico, ſancti Menulphi præſulis. 12

*Tertio idus Iulii, Luna.* vij. E

25 6 17 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IOhelis, & Eſdræ prophetarum, quorum ille apud Bethoron, hic autẽ Hieroſolymis ſepultus. In Macedonia beati Silæ Corinthiorũ epiſcopi, & Apoſtolorũ diſcipuli, qui inter gentes prædicationis officio, ac paſſionibus clarus Chriſtũ glorificãs, quieuit. In Aphrica, ſub Hunerico Rege Vandalorũ, Eugenii Carthaginẽſis epiſcopi, qui fide, ac virtutibus glorioſus, cũ vniuerſo clero lectoribus, & infantulis quaſi numero quingentis, cæde, & inedia macerati, ꝓ Chriſto in exilium acti ſunt: Erant autem in his celebriores Archidiaconus nomine Sother, & Murita ſacerdos confeſſionis, ac perſeuerãtiæ laude illuſtres. Romæ ſancti Anacleti Papæ & mart. ſub Traiano. Lugaduni 13



Ayuntamiento de Madrid

duni depoſitio s. Bonauēturæ Card.& epi Albanēſis ord.minorū.Alexandriæ ſanctorū Serapionis,Melei, Trophōii,Martialis,Alexādri,& ſociorū mar.In Britannia minori S.Turriani epi miræ ſiplicitatis,& innocentiæ uiri.Antiochiæ S.Margaritæ uirg.& mart.

F *Pridie idus Iulij, Luna.*

26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

14 APud Pōtum ſancti Phocæ epi ciuitatis Synopes, qui ſub Traiano Imperatore, carcerem,uincula, ferrum,& ignem pro Chriſto ſuperauit. Alexandriæ S.Heraclii Antiſtitis, ob cuius famam celebrē memorat Aphricanus hiſtoriographus ſe ad eū properaſſe.Lugduni ſanctorum Iuſti,& Amyci eporum. In Aphrica S.Petri,& Donatę martyrum.Ipſo die S. Amati præſulis. Bambergæ S.Henrici ſecundi Imperatoris ſanctiſsimi,qui cum uxore ſua Cunegūdæ uirginitatem ſeruauit: à quibus Bambergenſis Eccleſia fundata,& dotata fuit: obiitq; anno ſalutis 1021.

17. G *Idibus Iulii, Luna.*

27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

15 HIeroſolymis diuiſio Apoſtolorū anno duodecimo poſt Aſcēſionem Dñi, quando ad uerbū Dei propagandum in diuerſas orbis plagas profecti ſunt. Oriens túc ceſsit Thomæ,& Bartolomeo; Meridies Simoni,& Mattheo; Septētrio Philippo,& Thadeo;Mediū Mundi Matthiæ,& Iacobo iuſto;Mediterranei maris Prouinciæ Ioanni,& Andreæ; Occidētis regna Petro,& Iacobo Zebedei;Totus Mūdus Paulo. Itē diſcipuli ſeptuagintaduo ad loca diuerſa deſtinati.Romæ in portu,sāctorū Eutropii,Zoſimæ,& Bonoſæ ſororum;Apud Carthaginem ſanctorū martyrum Catulini,Diaconi,Florentii,Ianuarii,Iuliæ,& Iuſtæ, qui

Ayuntamiento de Madrid

qui ſunt poſiti in Baſilica Fauſti. Alexandriæ ſc̃tor̃u Philippi, Zenonis, Narciſsi, ſiue Narſetis, & aliorum decẽ infantũ. Niſibi ciuitate Meſopotamiæ s. Iacobi ep̃i magnæ ſanctitatis uiri, ex numero eorũ, q̃ ſub pſecutione Maximiani pro fide ſteterũt, & eorũ, q̃ in Nicena ſynodo hęreſim Arrianã oppugnauerũt. Tharſo Ciliciæ ſub Alexãdro Imp. Quirici pueri triẽnis, & Iulytæ matris eius martyrũ. Papiæ S. Felicis ep̃i, & mart. Romæ ſanctorum Cyriaci, & Eutropii.

*Decimoſeptimo calendas Auguſti, Luna.* iiii.

28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 A

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Antiochiam Syrię, natale beati Euſtatii ep̃i, & confeſſoris, ſub Cõſtantino principe Arriano, qui ob catholicã fidẽ in Traianopolim ciuitatẽ Thraciæ relegatus, ibi requieuit. Hoſtiæ paſsio S. Hilariani monachi, qui cũ nollet ſub perſecutione Iuliani ſacrificare, fuſtibus cæſus martyrium ſumpſit. Romæ s. Leonis quarti papę, q̃ apoſtolorũ Baſilicas à Sarracenis uaſtatas ĩſtaurauit. Ipſo die in Traiecto ſuper Moſam ſanctorũ Monulfi, & Guidulfi ep̃orum. 16

*Sextodecimo calendas Auguſti, Luna.*

29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 B

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Carthagine Hiſpaniæ natale ſanctorum mart. Scyllitanorũ, ſcilicet Sperati, Martali, Cetini, Betulii, Felicis, Aquilini, Luctatii, Ianuarii, Generoſæ, Baſsiæ, Secundæ, atq; Donatæ, ſub Saturnino p̃fecto qui poſt primã Chriſti confeſsionẽ, in carcerem miſsi, & in ligno cõfixi, deinde gladio decollati sũt. Romæ in Auẽtino mõte S. Alexii cõfeſſoris uiri nouo patiẽtiæ genere iſignis, nã poſt diuturnã peregrinationẽ annos decẽ & ſeptem incognitus, in ædibus paternis ſuſceptus, patientiſsimè uixit, non niſi poſt 17



Ayuntamiento de Madrid

obitum indicio ſui chirographi. per vrbem totam vulgatus. In Achaia ſanctæ Marinæ virginis, quæ ſub virili habitu monachum repręſentans, cũ infantiam à ſe alienam, filium accuſatricis fœminæ, quaſi à ſe cõpreſſæ, diligenter nutriens, & vix tandem reconciliata, omne ſeruitium ſibi ab abbate impoſitũ, patientiſſimè ſuſtinuiſſet, poſt obitum cognita, vnicum, & inauditum inter monachos conuerſationis reliquit exemplum, cuius corpus anno ſalutis 1213. Venetias tranſuectum eſt. Alexandriæ, ſanctę Theodoræ monachę temporibus Zenonis, quæ viro relicto, ſimile prædicto patientię præbuit exemplum. Antiſiodori depoſitio ſancti Theodoſij epiſcopi. Mediolani ſanctę Marcellinę virginis.

ii. c *Quintodecimo Calendas Auguſti, Luna.*

30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

18 APud Tyburtinam ciuitatem Italię ſanctę Symphoroſæ cum ſeptem filiis ſuis, quę ſub Hadriano principe, ob inſuperabilem conſtantiam, primũ palmis cæſa, deinde crinibus ſuſpenſa, nouiſſimè ſaxo alligtta in flumen pręcipitata eſt: Filii autẽ ſtipitibus ad Trochleas extenſi diuerſo mortis exitu martyrium compleuerunt. Apud ciuitatem Turonẽſem ſancti Arnulphi epĩ à beato Remigio Remenſi epiſcopo babrizati, qui sãctitate, & miraculorum gratia illuſtris eremiticam vitam ducens, beato fine quieuit. Ciuitate Doroſtoro s. Aemiliani. Item s. Aquilini epiſcopi, & s. Veterini epiſcopi. Carthaginę ſanctę Gudenis martyris, quę iuſſu Ruffini procõſulis, ob Chriſti confeſſionem, quater in equuleo crudiciata, diuq; carceris ſqualłore afflicta, tandem gladio perempta eſt. Eodem die ſanctę Eadburgę virginis. Item Roſili Popilienſis epiſcopi, qui poſt foru

opprelit

oppreſsit draconem. Item Philaſtri fidei chriſtianæ propugnatoris, ac Brixienſis epiſcopi, qui cōtra omnes hæreſes, & præſertim Arrianam ſcripſit, ac peregrinando militauit, de quo meminit Auguſtinus, & cuius vitam ſcripſit Gaudentius eius ſucceſſor.

*Quartodecimo Calendas Auguſti, Luna.* i.D

1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale ſancti Epaphræ, qui à beato Paulo apoſtolo Coloſſenſium eps ordinatus, clarus virtu 19
tibus, ibidem martyrii palmam pro ouibus ſibi commēdatis uirili agone percepit. Apud Scythopolis eremum, & Babylonis Aegyptiæ, Arſenii abbatis canitie ſancta decorati, & ex Theodoſiani palatii delitiis ad monaſticam vitam profecti, qui propter lachrymarum redundantiam tergendam, ſudarium ſemper in ſinu, vel in manu habebat. In Hiſpania ciuitate Hiſpali, paſſio ſanctarū Iuſtæ, & Ruffinæ, quæ à Præſide Diogene comprehenſæ, primū equuleo extenſæ, & vngulis laniatæ, deinde carcerali inedia, & doloribus afflictæ ſunt. tandem Iuſta in carcere ſpiritum exhalauit. Ruffinæ verò ceruix in confeſſione confracta eſt. Conſtantinopoli ſanctæ Dariæ. Lugduni depoſitio ſancti Ruſtici antiſtitis. Mediolani inuentio corporum ſanctorum Geruaſii, & Protaſii.

*Tertiodecimo Calendas Auguſti, Luna.* E

2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale beati Ioſephi, qui vocatur Barſabas, cognominatus Iuſtus, olim cum beato Matthia 20
in ſortem ductus, vt eorum alter numerum impleret apoſtolicū: hic p̄dicationis officio, & ſanctitati ſeruiēs, multamq; pro fide Chriſti perſecutionē ſuſtinens, victorioſus in Iudæa quieuit; de quo fertur,

 quod

Quod uenenum abſq; læſione hauſerit. Apud Damaſcum, ſanctorum Sabini, Iuliani, Maximi, Macrobii, Caſsii, & Paulæ, cum aliis decem. Cordubæ S. Pauli diaconi, & mar. Antiochiæ ſub Diocletiano Imperatore, & Olybrio Præfecto, paſsio beatæ *Margaritæ*
F uirginis, & martyris. In Thebaide Victoris confeſſoris. Item Seueræ uirginis, & Heliæ prophetæ.

*Duodecimo Calendas Augusti*, *Luna*.

21 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Scythopolim Aegypti, memoria S. Danielis abbatis, uiri magnæ ſanctimoniæ. Romæ s. Praxedis uirg. quę caſtitate, ieiuniis, uigiliis, officioq; in pauperes exercitata, quieuit in Chriſto, ſepultaq; eſt iuxta ſororē ſuā Potentianā in uia ſalaria. In Galliis ciuitate Marſilia s. Victoris, qui ſub Maximiano Imp. miles cùm nec militare, nec Idolis litare uellet, in carcerē truſus, ibiq; ab Angelo uiſitatus, poſt uarios cruciatus mola piſtoria contritus, martyriū cō ſūmauit, ſub Aſterio Tribuno, & Eutychio pręfecto: Paſsi ſunt cū eo tres alii milites Alexāder, Felicianus, & Longinus. Trechas ſanctæ Iuliæ Virg. & martyris. Item ſanctorum Claudii, Iuſti, Iocundi, & aliorum quinque ſub Aureliano. Item ſanctorū Dionyſii, Papyrij, Saturii, Pontii, Cuſtionis, & aliorum ſeptem.
G

*Vndecimo Calendas Iulij*, *Luna*.

4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

22 *NAtalis Sancta Maria Magdalena*, de qua Dominus ſeptem dæmonia eiecit, & quæ ipſum Saluatorē uidere meruit primum à mortuis reſurgentem, quanquam Origenes, Hieronymus, Ambroſius, Theophilus, & Chriſoſtomus Marſam Lazari ſororē à Maria Magdalèna, & à peccatrice, de qua Lucas meminit,

nit,faciunt diuerſas.Auguſtinus tamē, & Gregorius unam,& eandem fuiſſe aſſerunt. Apud Ancyram Galatiæ s. Platonis martyris ſub Maximiano Imper.& Agrippa præfecto,poſt multos cruciatus obtruncati. Item ſanctæ Syntyches, quæ Philippis dormit ſepulta,de qua Paulus meminit ad Philippenſes. In agro Aluernenſi ſancti Menelai abbatis. Monaſterio Fontanella Vandegiſilli abbatis, qui claruit tēpore Iuſtiniani ſecundi. Antiochiæ ſanctorum Cyrilli, Andreæ,& Sabelli; Et alibi.

*Decimo calendas Auguſti, Luna.* xvii

5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 A

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Rhauennam s.Apollinaris epi,qui ab Apoſtolo Petro Romę ordinatus,& Rhauennam miſſus; poſtea pro fide Chriſti multa tolerauit;Tandem ſub Veſpaſiano Cæſare inter ſucceſſiua tormenta glorioſum martyrium conſummauit; Cui deinde Templum magnificentiſsimum à Narſete Iuſtiniani Pręfecto ædificatum eſt. Eodē die ſancti Raſipi martyris. Cenomannis ſancti Liborii epiſcopi. Itē ſanctorum Cauellini,& Caſiſij confeſſorum. 23

*Nono Calendas Auguſti, Luna.* vi.B

6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

VIgilia s.Iacobi apoſtoli. Romæ uia tyburtina S. Vincentii mart. In Italia ciuitate Tyro propè lucum Vulſinium,ſub Diocletiano ſanctę Chriſtianę Virginis,q̄ in confeſione Chriſti ſub duobus iudicibus Vrbano primū Patre, mox Dione tormentis vexata,& in locum demerſa,demū ſub Iuliano abſciſione linguę,ac ſagittis cōfixa,martyrii ſui curſum impleuit. Acmontę in Licia beatarū Nicetę, & Aquilinę,quę beati Chrſtophori prædicatione ad Chriſtum 24

Ayuntamiento de Madrid

Chriſtum conuerſæ, mox decollatæ, palmam adeptæ ſunt. Ciuitate Amiternina Sanctorum militum octoginta trium. Apud Emeritam Hiſpaniæ S. Victoris militaris viri, qui cũ duobus fratribus Tercatio, & Antigene per diuerſa ſupplicia martyrium conſummauit. Cenomannis Pauacii Antiſtitis. Hic nõ omittendum beatam Chriſtinam prædictam Idola aurea Patris cõtrita pauperibus erogaſſe, & lacu ereptam oratione: Apollinis ſimulachrum, quod Dion adorabat, in fauillam redegiſſe. Item eius corpus virginis Venetias tralatum, & perinde diuerſam eſſe ab ea, cuius feſtum ſexto idus Mai recolitur.

C *Octauo calendas Auguſti, Luna.*

7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25
A b c d e f g h i m l m n o p q r ſ t

25 NAtale Sancti Iacobi apoſtoli, fratris s. Ioãnis Euangeliſtæ, qui anno à paſſione Domini tredecimo, cùm Hermogenem magum, eiusq; diſcipulũ Philetum cõuertiſſet, ab Herode iuſſus eſt decollari, vna cùm Ioſia ſcriba, quem apoſtolus miraculo ſanati Paralytici cõuerſum baptizauit. Huius Apoſtoli corpus ab Hieroſolymis ad Hiſpaniã tralatum, nunc apud Compoſtellã Galitiæ, magno Chriſtianorum cõcurſu veneratur. Apud Samis Aſiæ minoris vrbem, s. Chriſtophori martyr. qui virgis ferreis attritus, incendio tentatus, ſagittis cõfeſſus, ac decollatus, ſub Diocletiano martyrii triumphum adeptus eſt. Pariſij tralatio s. Germani epiſcopi. Barcinonæ beati Cucuſantis martyris, ſub p̃ſidibus Valerio Maximiano, & Ruffino tormentis pluribus ſuperatis, & Idolis ſubuerſis, decollati. Romæ Sancti Nemeſii, eiusq; filię Lucillę, ſub Valeriano, & Galeno martyrum, a Sancto Stephano Papa conuerſorũ. In pago Maldenſi Sancti Vrſi Trechenſis epiſcopi.

Septimo

Ayuntamiento de Madrid

*Septimo calendas Auguſti, Luna.* xiiii

8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 D

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Bethleem natalis Sanctæ Annæ matris glorioſæ virginis Marię. Philippis beati Eraſti; 26 qui à beato Paulo apoſtolo ibi epiſcopus conſtitutus, martyrio coronatus eſt. Romę in portu, S. Hyacinthi martyris, qui primò in ignē iniectus, inde in torrentem pręcipitatus, illæſus euaſit, poſt hęc à Leontio conſulari gladio percuſſus eſt. Via latina Sanctorum Symphronii, Olympii, Theoduli, & Exuperiæ ſub Valeriano, & Galeno igne conſumptorum & à beato Stephano Papa ſepultorum. Eodē die s. Paſtoris presbyteri, & cōfeſſoris Cœnobio s. Benedicti in agro mantuano s. Simeonis monachi, & eremitæ, qui miraculis clarus in ſenectute bona quieuit. Eodē die beatæ Veneris virginis Agathonis, ex Hippolyta filię, quę in euangelio benè inſtructa, cùm pro Chriſto caſſidem ignitam mamillarum inciſionem, impoſiti ſaxi pondus, oleum, picemq́; feruentem ſub diuerſis tyrannis toleraſſet, Aſclepii Regis iuſſu decollata eſt. Hæc in Gallia paſſa legitur decimo octauo calēdas decēbris, & in catalogo Venerāda vocat̃.

*Sexto calendas Auguſti, Luna.* iii. E

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27

A b c d e f g h i K l n o p q r ſ t

APud Epheſum natale ſanctorum ſeptem dormiē 27 tū, Maximiani, Malchi, Martiani, Dionyſii, Ioānis, Serapionis, & Conſtantini, qui cum Decium timerent Chriſtianos inſectantem in monte Cœlio latentes, obſtructa à perſecutoribus ſpelūca vſq; ad tempora Theodoſii iunioris dormierūt. Nicodemiæ ſanctorum Hermolai presbyteri, Hermippi, & Hermocratis fratrū, ſub Maximiano Imp. poſt multos

Ayuntamiento de Madrid

multos cruciatus decollatorum. In Sicilia beati Simeonis monachi. Itē Nicomedię paſſio s. Pātaleonis m̄. per Hermolaū prędictum conuerſi, q̄ ſub Maximiano ꝑ fide Chriſti equuleo, & facibus cruciatus ſed diuinitus recreatus, tādem ictu gladii martyriū conſummauit. Antiſiodori depoſitio S. Tiberii epi.

F *Quinto Calendas Auguſti, Luna.*

10 21 2 13 24 5 16 26 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

28 MEdiolani Sāctorum martirum Nazarii, & Celſi pueri, qui ſub Neronis ꝑſecutione, & Anolino proconſule, diu macerati, & carcere afflicti, gladio percuſſi ſunt, Lugduni ſancti Peregrini presbyteri, cuius beatudinem miraculorum gloria teſtatur. Ipſo die S. Victoris Papę, & martyris ſub Cōmodo, & ſancti Innocentii Papę, & martyris ſub Arcadio. In Britannia ſancti Sanſonis epiſcopi Dolenſis. Caſtroluca ſancti Vrbi: confeſſoris.

xi. G *Quarto Calendas Auguſti, Luna.*

11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

29 ROmę via Aurelia natale beati Felicis Papę ſecūdi, q̄ Liberio relegato ſobrogatus, & poſtmodum in Arianam hęreſim lapſo, à Coſtantino ſecundo Auguſto ob catholicę fidei defenſionē, à ſede ſua deiectus, & gladio necatus occubuit. Item in via portuēſi Sanctorum martyrum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, ſub Diocletiano, quorū duo poſt diuerſa ſupplicia, decollati, & in Tyberim deiecti sūt; Beatrix verò ſoror eorū prefocata in carcere, iuſſu Lucretii vicarii, eius prędiū concupiſceutis. Ciuitate Trechas s. Lupi epiſcopi, & confeſſoris, q. cū beato Germano venit in, Britanniam & quinquaginta duobus annis ſacerdotio functus eſt; tēpore Anaſta-

ſii

ſii Imperatoris. Eodem die feſtum ſanctæ Marthę virg. ſororis ſanctę Marię Magdalenę, & s. Lazari, & hoſpite Saluatoris noſtri. quę iuxta Rhodanum, & vrbem Auinionẽ obiit. Hannienſi ciuitate ſanctæ Seraphinę. Marcella vero Marthę pediſſequa decem annos ſuperuixit, & in Illyria prędicauit. Romę Sãctarum Floræ, & Lucillę, virginum, cum Eugenio Barbaro Rege, & aliis vinginti ſub Aclio ꝑfecto paſſarũ.

*Tertio Calendas Auguſti, Luna.* xix.

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmę Sanctorũ martyrum Abdon, & Sennen ſubregulorũ, qui cum in Chorodna ciuitate Perſarũ vincula paſſi fuiſſent à Decio, tandẽ Romam adducti, cùm Solis ſimulacro ſacrificare nollent, ſub Valeriano prefecto catenis alligati, leonibus, & vrſis expoſiti, ſed intacti, inde multipharia macerati, plũbatis cęſi, gladio perempti, atq; tracti ſunt. In Aphricę ciuitate Lucernaria, quę dicitur Suburba, ſanctarum virginum Maximæ, Donatillę, & Secũdæ, q̃ ſub perſecutione Galeni, & Anolino iudice, aceto, & felle potatæ, plagis acerrimis cæſæ, & equulei extenſione cruciatæ, craticulis exuſtę, nec non ad beſtias proiectæ, ſed intactę, nouisſimè gladio iugulatæ ſunt. Antiſiodoro ſancti Vrſi epiſcopi. 30

*Pridie Calendas Auguſti, Luna.* B

13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Cæſaream paſſio beati Fabii martyris, qui cũ vexilla præſidiaria recuſaret, diebus aliquot in carcerẽ truſus, deinde interrogatus ſemel, atq; iterũ, cũ i cõfeſſione Chriſti ꝑduraret mox à iudice capitali ſnĩa cõdemnatur, corpusq; in mare piectũ.

Rhauennæ

Ayuntamiento de Madrid

Rhauennę tranſitus Sancti Germani Antiſiodorenſis. ſis epiſcopi genere, fide, doctrina, & miraculorum gloria clariſſimi. Ciuitate Synope, ſanctorum Democriti, Secundi, & Dionyſii. Item Sanctæ Sophiæ, & trium filiarum, Piſtis, Elpidos, & Agapes: de quibus poſtridie. In Calabria oppido Tabritano Fantini confeſſoris Syracuſani; cuius parentes Fantius, ac Deodata Syracuſis plumbatis cæſi, cum Diis litare nollent, decollati ſunt.

viii. CALENDIS AVGVSTI, LVNA.

C 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Die. I. ROmæ ſancti Petri ad vincula; quoniam Quirinus Tribunus martyr, tempore Alexandri Papæ, catenam, qua beatus Petrus ſub Nerone vinctus fuerat, reperit, cui iuncta fuit illa, qua idem Apoſtolus ab Herode Agrippa fuerat ligatus, quã ex Hieroſolyma Eudoxia auguſta Theodoſii filia, & Valentiniani vxor attulerat. Apud Hieroſolymam paſſio ſanctorum Machabæorum ſeptem Fratrum cum matre nomine Machabea, qui cute verticis, manibus, & pedibus præciſis in ollas, ac ſartagines incenſas iniecti, matre ſpectante, atque eos exhortante, paſſi ſunt ſub Antiocho rege. In Italia ciuitate Vercellis beati Euſebii epiſcopi & martyris, qui à Conſtantino principe Scythopolim, deinde in Cappadociam relegatus, poſtea in eccleſiam ſoam reuerſus, ſub perſecutione Arrianorum martyrium paſſus eſt. Item Romæ paſſio Sanctarum virginum Fidei, Spei, & Charitatis, & matris earum Sapientiæ: ſub Hadriano. Via latina ſanctorum Boni presbyteri, Fauſtini, & Mauri diaconorum: Primi, & Coloſſi ſubdiaconorum: Ioannis, Exuperii, Cyrilli, & Honorii clericorum, qui in s. Stephani Papæ actis

legun-

Ayuntamiento de Madrid

leguntur. In Arabia ciuitate Badeoregia, ſiue Philadelphia, ſanctorum Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Ruffi, & Menandri martyrum ſub Domitiano imperatore. In Italia ſanctæ Iuſtæ virginis. In agro pariſienſi ſancti Iuſtini martyris. In Pago Tiſino ſancti Nemeſii confeſſoris. In Hiſpaniis ciuitate Gerunda ſancti Felicis, qui frater fuit beati Cucuſantis, de quo ſupra octauo Calendas iuſſu Daciani pſidis poſt vincla, vngulas, merſionem, ingeminatis vulneribus interempti. Bituricas ſancti Arcadii pontificis. Item tranſitus felix Cunegundis imperatricis.

*Quarto nonas Maii, Luna.* xvi.

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 4 D

A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

ROmæ in cœmeterio Caliſti natale s. Stephani Papæ, qui ſub perſecutione Valeriani principis, cũ orando ſubuertiſſet Martis templum, martyrio coronatus eſt, inter ſacrificãdum decollatus. In prouincia Bithyniæ vrbe Nicea ſanctę Theodoræ, cum tribus filiis ſuis, ſub Diocletiano martyrum, ex quibus primogenitum, nomine Euodium, in Chriſti cõfeſſione conſtantem, fecit primò Nicetius cõſularis Bithyniæ fuſtibus cædi, deinde ipſam cum omnibus filiis igne cõſummi. Ciuitate Patauio S. Maximi epiſcopi, qui miraculis clarus beato fine quieuit. Eodẽ die apud Aſſiſium conſecratio ſanctæ Mariæ de portiuncula, cui per interceſſum beati Franciſci multæ gratię conceſſæ ſunt. Veronę ſanctorum Felicis, & Nicetę martyrum. His non immerito addicitur Stephani Papę ſecundi memoria, cuius officium in pauperes, & opera imperii à Græcis ad Francos tralati ſummopere commendatur. Item Stephani Papę tertii ſiculi, qui ſanctorum imagines, quas Leo imperator aboleuerat, reſtituendas curauit: ſicut 2

ſicut Gregorius III. in Synodo Romana decreuerat.

v. E *Tertio nonas Auguſti, Luna.*

16 27 8 19 1 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 5

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

3 Hieroſolymis inuētio corporis beatiſſimi Proto martyris Stephani, & ſanctorū Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, ſicut diuinitus reuelatum eſt præsbytero Luciano, vt ipſe in epiſtola ſua teſtatur, ſeptimo Honorii principis anno. Conſtantinopoli, natale S. Hermelli martyris. Auguſtoduno depoſitio S. Euphronii epiſcopi. Nouariæ in Italia, s. Gaudētii epiſcopi. Romæ via Appia Tharſitii lapidati. In Aegypto ſancti Stephani anachoretæ.

F *Pridie nonas Auguſti, Luna.*

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

4 Natale beati Ariſtarchi diſcipuli s. Pauli apoſtoli, & Theſſalonicę, vel ſecundū Dorotheū, Apamiæ epiſcopi. Romæ via Latina in Cripta arenaria paſſio beati Tertullini martyris, à Stephano Papa baptizati, qui ſub Aureliano Imperatore poſt impiā fuſtiū macerationem & igniū circa latera exuſtionē, ac oris quaſſationem, equulei extenſionē, neruorumq; ceſsionem data ſenteutia, capitis amputatione martyrium conſummauit. Itē Romę s. Iuſtini prēsbyteri, & mart. ſub Decio: Hic Sixti Papæ Laurētii, Hippolyti, ſociorumq; & aliorum, quàm plurimorum martyrum corpora ſepelierat.

xiiii. G *Nonis Auguſti, Luna.*

18 29 10 21 3 13 14 5 16 27 8 19 1 11 22 4 14 35 7

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 [9] Romę ſanctæ Mariæ matris Dei ad niues, quando ſcilicet, ſedente Liberio, æſtiuæ, & inſuetæ niuis mira-

Ayuntamiento de Madrid

baldi martyris. Itẽ ſanctę Agapes virginis. Romę s. Hormiſdæ Papę in pauperes, & Diuorũ tẽpla beneficẽtiſſimi. Fuit & alius Hormiſda pręfecti Perſarum filius chriſtianus, quẽ Sapor Rex vexatum ſeruitio camelorum, ob Chriſti cõfeſſionem interimi iuſſit.

*Quinto idus Augusti, Luna.* D

22 4 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 7 18 29 11
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

VIgilia S. Laurentij martyris. Romę s. Romani 9
militis, qui confeſſione beati Laurentij compũctus, petijt ab eo baptiſmum, & mox, iubente Decio fuſtibus exhibitus, atq; decollatus eſt. Apud Centumcellas Thuſcię ſanctorum Secundiani, Marcelliani, & Veriani, qui tempore Decij, cumęo carmine conuerſi, ſub conſulari Promoto primum cęſi ſunt, deinde in equuleo ſuſpenſi, & vngulis abraſi, atque igne lateribus appoſito aſſati, triumphalem martyrij palmam obtruncati meruerunt; corpora eorum per Deodatum ſepulta. Veronę ſub Anolino pręſide tempore Maximiani ſanctorum martyrũ Ruſtici, & Firmi Pergamenſium. In Oriente ſanctorum Firmini, & Creſcentiani.

*Quarto idus Augusti, Luna.* 18. E

23 5 15 26 8 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 12
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

R*Omæ via Tyburtina, natale beati Laurentij archidiaconi*, qui pręſente Decio Imperatore, poſt pluri- 10
ma tormenta carceris, verberũ diuerſorum, laminarum ardentium, poſtremò in craticula ferrea, ſubiecto igne, aſſatus, martyrium compleuit; quem Iuſtinus prębiter, & Hippolytus martires in via Tyburtina ſepelierunt, in prędio Cyriacæ viduæ ab eo conuerſę. Item Romę ſanctorum militum centum ſexagintaquinq;, in via Salaria ſub Aurrlano Impera.

decollatorum. In Syria ſanctorum Macarii, & Iulij. Metis depoſitio ſancti Actoris epiſcopi.

v i.F *Tertio idus Auguſti, Luna.*

24 6 16 27 9 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

11 ROmæ inter duas Lauros S. Tyburtii martyris, q Diocletiano imperante, ſub iudice Fabiano nudis plantis ſuper prunas ductus, ac maiori conſtantia Chriſtum confitens, in tertio ab vrbe lapide gladio animaduerti iuſſus eſt. Item Chromatius Tyburtii pater, cum multis aliis exilio, & inopia, afflicti, ſub eadem perſecutione in Campania defecerũt, qui à ſancto Sebaſtiano cõuerſi, & à Polycarpo preſbytero baptizati fuerant: Nã Chromatius Aquileiẽſis epiſcopus, qui Heliodorum Altinenſem epiſcopũ ordinauit, floruit tempore Theodoſii Imperatoris, & Damaſi Papæ, ad quorum inſtantiam beatus Hieronymus multa trãſtulit, & martyrologium ſcripſit. Eodẽ die Romę s. Suſannę virginis, genere nobilis, & B. Caii Papę ex Gabinio fratre neptis, quę palmã, tempore Diocletiani, obtruncata promeruit. Apud Cameracum s. Gauricii epiſcopi. Caſtello Ebroico, agri Aurelianenſis ſancti Taurini epiſcopi, & mart. à beato Dionyſio ordinati. Apud Epheſum ſurrectio ſeptem dormientium, tempore Theodoſii iunioris. Item tralatio Dominicæ coronę.

G *Pridie idus Auguſti Luna.*

25 7 17 28 10 20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

12 IN Sicilia ciuitate Catana, natale ſancti Eupli diaconi, ſub Diocletiano, & Maximiano auguſtis, & Caluiſiano cõſulari, qui cum diutius pro cõfeſſione Domini torqueretur, tãdem gladio percuſſus palmam obtinuit. Apud Auguſtam Vindelicorum ſan-

ctæ

Ayuntamiento de Madrid

& Hilarię matris ſanctæ Afræ, quæ dum ad ſepulchrum filiæ excubaret, ibidem pro Chriſti fide à perſecutoribus igni tradita eſt, vnà cũ ancillis Digna, Eumenia, & Euprepia. Eodẽ die in prædicta vrbe paſſi ſunt Cyriacus, Largus, Creſcentianus, Memmia, Iuliana, Leonides, Eutychianus, Diomedea, Chariton, Philadelphus, Agape, & Petrus, cum aliis tredecim. In Syria ſanctorum Macarii, & Iuliani; de quibus nudius tertius. Aſſiſii ſanctę Claræ virginis, ſanctitate ſimul, ac miraculis celebris, à qua propagatus eſt ordo mulierum ſub Diui Franciſci regula militantiũ, In vrbe Salari paſſio S. Gratiliani, & Feliciſſimæ virginis, qui ora cõtuſi lapidibus, gladio percuſſi ſunt. Leonides vero Pater Origenis Alexandrię paſſus eſt ſub Seuero, cum Diis Gentilium immolare noluiſſet. Fuit & alia Clara religionis Auguſtinianæ ex Montefalco Spoletanæ Diœceſis, quę tempore Alberti primi claruit.

*Idibus Auguſti, Luna.* XV. A

26 8 18 29 11 21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmę beati Hippolyti Martyris, qui miles ſub Decio pro confeſſione glorioſa iubẽte Valeriano prę ſide ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, per carduũ, & tribulos tractus, emiſit ſpiritum. Paſſa eſt cum eo beata Cõcordia nutrix eius, quæ ante ipſam plumbatis cæſa migrauit ad Dñm, & alii decem, & nouem domeſtici, qui ſimul cum ea decollati ſunt, inde à Iuſtino præsbytero ſepulti. Eodem die Foro Syllę, ſiue Cornelii, quæ nũc Imola dicitur, natale S. Caſſiani, qui cùm adorare Idola noluiſſet, iuſſu pſecutoris ligat', pueris, quos erudierat expoſitus, eorũ ſtylis pũctus, infractisq; tabellis vulneratus occubuit, pro doctrinæ pręmio, martyri co- 13



Ayuntamiento de Madrid

ronam adeptus. Pictauij, ſanctę Radegundis Reginæ vxoris Clotarij Frācorū Regis, tempore Iuſtini Imperatoris, miraculis, & ſanctitate illuſtris. In Pago Bictauiēſi ſancti Iuliani abbatis. Item depoſitio ſancti ſimpliciani epiſcopi, qui à beato Ambroſio Mediolanenſi epiſcopo baptizatus, eidem in epiſcopatu ſuceſsit. Inde ſepultus in æde ſui nominis.

4.B *Decimonono Calendas Septembris, Luna.*

27 9 19 1 12 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 16
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

14 VIgilia Aſſūptionis beatæ Mariæ virginis. Romæ via Appia, natale beati Euſebii præsbyteri, qui à Cōſtantio Arriano ob catholicæ fidei defenſionem, in quodam cubiculo domus ſuæ incluſus inter precandum, obdormiuit, à Gregorio deinde, & Oroſio præsbyteris ī cœmeterio Caliſti ſepultus. Fuit & alius Euſebius abbas, patria Cremonenſis, cui beatus Hieronymus cœnobium Bethleemiticū, & Bibliothecam moriens commendauit, & qui iuxta magiſtrum tumulatus eſt. Item Euſebius Cæſareæ Paleſtinę epiſcopus Chronographus, & hiſtoricus clariſſimus. Item Euſebius Emiſſenus epiſcopus, qui aduerſus Iudæos, & Gētiles, & alia multa ſcripſit, de quibus Hieronymus. In Aphrica s. Demetrii. Apud Aquileiam ſanctorum Fœlicis, & Fortunati. In Iordane Fluuio, iuxta Hiericuntem raptus Elię prophetę. Apud Maſſiliam Ioannis Caſſiani eremitæ, qui monachorū inſtituta, & patrū collationes ſcripſit, de quo Gēnadius.

C *Decimooctauo Calendas Septembris, Luna.*

28 10 20 2 13 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

15 ASſumptio ſanctiſsimæ Dei genitricis, & uirginis Mariæ, cuius Mauſoleum in valle Ioſaphat ad radices Oliueti montis cernitur, cuius exequiis apoſtolos

Ayuntamiento de Madrid

ſtolos omnes interfuiſſe Dionyſius Areopagita ſcribit. Eodem die S. Tarſicii acolyti, & martyris, quem ſacramenta corporis Chriſti portãtem, Pagani quid gereret diſcutientes, cùm ipſe indignum iudicaret porcis Margaritas porrigere, fuſtibus ac lapidibus oppreſſum mactarunt; ſed neque in eius manibus, nec veſtibus inuentum eſt ſacramentum; corpus autem ipſius à Chriſtianis in cœmeterio Caliſti ad Appiam viam tumulatum eſt.

In Paleſtina S. Euſebij pro Chriſto decollati. Nicomediæ ſanctorũ Stratonis, & Philippi, Eutychiani, & ſociorum martyrum.

*Decimoſeptimo Calendas Septembris, Luna.* xii.

D

19 11 21 3 14 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Nicæa Bithynię beati Vrſacii cõfeſſoris, q̃ ſub 16
Licinio ꝑſecutore, militia relicta, ſolitariã vitã agens, tãtis claruit virtutibus, vt & Dæmones expuliſſe; & ingentem draconem orando interemerit. Idem Nicææ ruinam vaticinatus, collapſa iam vrbe magno terræ tremore in Turri, in qua degebat mortuus repertus eſt, geſtu ſuplicantis. Metenſium ciuitate tralatio s. Vrnulfi epiſcopi, qui ex regio ſanguine francorũ Lothoringię Dux, poſtea ſanctitate vitę, ac miraculorum gratia illuſtris, eremiticã vitam diligens, beato fine, in pace quieuit. Romæ ſanctæ ſerenæ vxoris Diocletiani Auguſti, per ſanctum Cyriacum, qui filiam eius Arthemiam à Dæmonio liberauerat conuerſæ; & iuxta neptis ſuæ ſuſannæ corpus ſepultæ; Archemia verò ſub Maximiano fratre paſſa eſt. Caſtro Remarudenſi ſactorũ Balſemii, & ſociorum. Agathopholi Galliæ, quæ nunc



Ayuntamiento de Madrid

mons Peſſulanus S. Rochi confeſſoris, qui puer, opibus in pauperes diſtributis, & principatu contempto, poſt longam peregrinationem in patriam reuerſus, ignotus quinquennium patientiſſimè vixit; Hic Romam, & alia loca peſtis cõtagio liberauit; Obiit anno ſalutis 1327. Anno autem 1485. corpus eius Venetias tralatum eſt.

i. E *Sextodecimo Calendas septembris, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 12 | 22 | 4 | 15 | 25 | 7 | 17 | 28 | 10 | 20 | 2 | 13 | 23 | 5 | 16 | 26 | 8 | 29 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

17 OCtaua s. Laurentii leuitæ, ac martyris. In Aphrica ſanctorum martyrum Liberati abbatis, Bonifacii diaconi, Seruii, & Ruſtici ſubdiaconorũ, Rogati, Septimii, ac Seueri monachorum, & Maximi pueri, qui perſecutione Vandalica iuſſu Hunerici Regis pro fide pugnantes, blanditiis, ac pollicitis contemptis, vinclis, & incendio ſuperatis, remorum vectibus mactati ſunt, & in mare proiecti, mox a ſanctis Sothere, & Murita ſepulti. Fuerunt autem hi ſeptem monachi ex agro Capſenſis ciuitatis, cui pfuit ſanctus Vindemialis, de quo ſexto nonas Maii. Apud Cęſaream Cappadocię ſancti Mammetis pueri ſeptennis martyris, qui paſſus eſt imperante Aureliano, ſub Alexandro prępſide. Item tralatio ſanctæ Agathę virginis, & martyris.

F *Quintodecimo Calendas Sepsembris, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | 30 | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 21 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

18 APud Præneſtinam ciuitatem ſancti Agapeti martyris, pueri quindecim annorum, qui iuſſu Aurelii Imperatoris tentus, ac neruis cęſus, inde ſub Antiocho prę ſide grauia paſſus ſupplicia, item Leonibus expoſitus, ſed nihil offenſus, gladio percuſſus, optatam adeptus eſt coronam, Romę beatorum presby-

Ayuntamiento de Madrid

presbyterorum Ioannis,& Criſpi,qui ſub perſecutio ne Diocletiani,cùm officium in ſepeliendis marty- A
ribus prçſtitiſſent, ipſi quoque ſepultorum meritis aſſociati æterna præmia ſunt conſecuti. Item Romæ via Labicana ſanctæ Helenæ matris Conſtantini Imperatoris, quæ crucem Dominicam inuenit. Eodem die S.Martini Papæ à Conſtantino Imperatore in Scythicam Cherſonenſum relegati. Carthagine ſanctorum trecentorum martyrum, qui Maſſa candida dicuntur.

*Quartodecimo Calendas Septembris, Luna.* ix.G

3 14 24 6 17 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18 20 10 21
A b c d e f g h i l m n o p q r ſ t

IN Cæſarea Cappadociæ Aureliano imperante,ſanctorum martyrũ Magni,& Andreę,cum ſociis ſuis 19
duobus millibus,quingentis nonaginta ſeptẽ: qui cùm vidiſſent ferociſſimum Leonem in Paganos ſæuientem ad pedes autem Magni proſtratſi, ac manſuetum ad Chriſtum conuerſi,iuſſu Præſidis Alexandri decollati ſunt.Magnus aũt lapidibus oppreſſus. In Pago Sigiſtrico,iuxta Aurelianum beati Donati presbyteri, qui à pueritia mira Dei gratia præditus, anachoreticam vitã in monte Iura multis annis exegit,& miraculorum gloria clarus,migrauit ad Chriſtum. Romæ ſancti Iulii ſenatoris, & martyris, qui iubente Commodo Imperatore,ſub iudice Vitellio, tandiu fuſtibus eſt cæſus, donec emitteret ſpiritum. In agro Bituricenſi ſancti Mariani confeſſoris.
✠ Eodem die ſancti Ludouici Toloſani epiſcopi,qui ex Regio Andegauenſium ſanguine, contemptis cæteris, ſub Franciſci regula militauit; cuius corpus Maſſiliam tralatum eſt. Mantuæ ſancti Ruffini confeſſoris.Item Appiani confeſſoris.

Tertio

Ayuntamiento de Madrid

A *Tertiodecimo Calendas Septembris, Luna.*

4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

20 SAmuelis prophetę ſepulti in Ramatha, cuius oſſa, vt Diuus Hieronymus ſcribit, ab Archadio Auguſto traslata ſunt in Thraciam. Fuit & Samuel presbyter eccleſiæ Ediſſenæ, tempore Anaſtaſii primi, literis clarus. Cordubæ, ſanctorum Leonigildi, & Chriſtofori monachorum, qui poſt decollationem, igne probati ſunt. Eodem die beati Porphirii hominis Dei, qui ſanctum martyrem Agaperum erudiuit in fide. Apud Rhotomagum beati Philiberti abbatis, qui poſt militiam temporalem, Chriſti tyrocinio mancipatus, monaſteriorum fundator extitit. Apud Albam regalem Vngariæ, ſancti Stephani regis, qui primos vngaros ad Chriſtum conuertit. In agro Lingonico depoſitio beati Bernardi, primi Claræuallis abbatis, viri, vita, doctrina, & miraculis glorioſi. Cainonæ caſtro, ſancti Maximi confeſſoris. Treueris, ſancti Actoris epiſcopi. In ciuitate Aquileia, Diocletiano imperante, ſanctornm Leontii, & Carpophori martyrum, ſub Lyſia præſide, ſuperatis pluribus tormentis, obtruncatorum.

xvii. *Duodecimo Calendas Septembris, Luna.*

B

5 16 26 8 19 29 11 21 3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

21 NAtale ſanctorum martyrum Luſorii, Ciſelli, & Camerini.

In agro ciuitatis Gaualitanæ paſsio s. Priuati

ti epiſcopi ſub perſecutione Valeriani, & Galeni. Eodem die ſanctorum martyrum Baſonis, Maximi & Maximiani: quorum geſta habentur. In ciuitate Salona s. Anaſtaſii martir. ſub Aurelio Imperatore. Romæ ſancti Attali militis, qui Agapeti martyris conſtantiam ſecutus, ſub iiſdem perſecutoribus paſſus eſt. In Macedonia ſancti Quadrati, qui Publio Athenarum epiſcopo ſucceſſit, imperante Hadriano.

In Hiſpaniis ſanctorum Iulii, & Iuliani.

vi. C

*Vndecimo Calendas Septembris, Luna.*

6 17 27 9 20 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 22

OCtaua Aſſumptionis beatæ virginis Mariæ. Romæ via oſtienſi s. Timothei martyris, qui ſub Galerio, tentus ab vrbis præfecto Tarquinio, carcere diu maceratus, ter cæſus, & ſuppliciis attritus tandem decollatus eſt, & à Syluestro presbytero, qui Melchiadi Papæ succeſſit, iuxta beatum Paulum apoſtolum tumulatus. Auguſtoduno Eduorum vrbe s. Symphoriani martyris, qui ſub Aurelio Imperatore, cùm idolis immolare nollet, verberibus, & carcere afflictus, abſciſo capite, martyrium conſummauit. In portu Romano ſanctorum Peregrinorum martyrum Martialis, Saturnini, Epittei, Aprilis, & Felicis, cum ſociis eorum. Romæ ſub Commodo Imperatore ſancti Antonii martyris, qui antea carnifex in paſſione ſanctorum Euſebii, & ſociorum, de quibus infra octauo Calendis, conuerſus, ſub Vitellio iudice capitis damnatus eſt, viaque Aurelia ſepultus. Item Romæ ſancti

Sanĉti Hippolyti martyris. Item quinquaginta martyrum decollatorum.

D *Decimo Calendas Septembris, Luna.*

7 18 28 10 2 12 13 23 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

23 NAtale ſanctorum martyrum Reſtituti, Donati, Fructuoſæ, cum aliis duodecim apud Antiochiã coronatorum. Eodem die beati Zacchei epiſcopi, qui quartus à beato Iacobo apoſtolo Hieroſolymorum eccleſiam rexit Fuit & Zaccheus alter à beato Petro Antiochenus epiſcopus. Apud Lyciam ciuitate Egea Sanctorum Claudii, Aſterii, & Neonis qui poſt acerba tormenta cruci affixi ſunt.

Item Sanctorum Timothei, & Apollinaris, qui Nerone imp rante, apud Remenſiũ vrbem, ſub præſide Lampadio, conſummato martyrio, cœleſtia regna meruerunt. Paſſio Longini militis, de quo idibus Martii. Itẽ vigilia S. Bartolomei apoſtoli. Lugduni Galliæ, Sanctorum martyrum, Minerii, & Eleazari, cum aliis octo.

Alexandriæ S. Theonis epiſcopi, qui Petrum ſucceſſorem enutriuit.

Auguſtoduni s. Flauiani epiſcopi. In portu romano Sãctorum Hippolyti, Cyriaci, & Archelai martyrum. Romæ ſub Aurelio Imperatore, & præſide Antiocho Porphirii martyris: qui fortè idem eſt, de quo nudius quartus. In eremo Scythopolis ſancti Theonæ trium millium monachorum patris, Aegyptiis, Gręcis, Latinisq; literis ornati; vt Sozomenus.

xiiii *Nono Calendas Septembris, Luna.*

E. 8 19 29 11 22 3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

24 N*Atale beati Bartolomei apoſtoli*, qui apud Indiam Chriſti euangelium prędicãs, cùm in Armenia

Pa-

Ayuntamiento de Madrid

Palæmonem Regem conuertiſſet, Aſtiagis fratris iuſſu excoriatus, ac decollatus, martyrium compleuit. Huius corpus primò in Liparam, inde Beneuentum, poſtremo Romam tralatum, pia fidelium veneratione celebratur.

Apud Carthaginem trecentorum martyrum, qui paſſi ſunt tempore Valeriani, & Galeni, quorum Duces erant Ianuarius, Nabor, Felix, Marinus, Caſtus, Aemilius, & Iocundus, qui Chriſtum Dei filium confitentes, magis elegerunt in clibanum calcis accenſum ſeſe certatim inicere, quàm Ioui thura offerre; tantùm potuit in eorum cordibus fidei feruor, & bene inſtitutus animus; ex quo ille beatorum candidatus exercitus, Maſſa candida meruit appellari.

Rhotomago ciuitate s. Audoeni epiſcopi, qui ſanctitatis merito decorus nonagenarius deceſsit. Niuernis S. Patritii abbatis. Item ſancti Sidonii Apollinaris Aruernenſis epiſcopi, qui proſa, metroque multa conſcripſit. In Samo inſula, ſanctorum Gregorii, Theodori, & Leonis confeſſorum, qui cùm in rubeto fanoque ſemiruto ſolitarii vixiſſent, Conſtantio imperante, pariter obdormierunt in Domino; ex his duorum primorum corpora Venetiis quieſcunt. In agro Eduenſi Ceruiduno cœnobio Neptadii presbyteri.

*Octauo Calendas Septembris, Luna.* iii.

9 20 1 12 23 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmę s. Lucii Papæ, & martyris ſub Valeriano. 25
Item Romæ Sanctorum martyrum Euſebii, Pōtiani, Vincentii, Anaſtaſii, & Peregrini, qui ſub Cōmodo Imperatore, ac Vitellio iudice, in equuleo leuati, neruis, ac fuſtibus cęſi, facibus aduſti, ſemper in Chriſti laude conſtantes, plumbatis demum vſque

uſque ad obitum ſunt macerati. Item Romæ ſub Diocletiano S. Nemeſii, ſeu Dionyſii martyris, qui fuſtibus, equuleo, ungulis, ac lapidibus cruciatus; corde, & ore, Chriſtum conſtanter laudans obtruncatus eſt. Eodem die beati Geneſii Arelatenſis, qui Prætoris officio functus, cum edicta contra Chriſtianos ſuſcipere nollet, ſub Diocletiano imperatore, ac præfecto Plutiano, decollatus, martyrii gloriã proprio cruore baptizatus, accepit. In prouincia Stiriæ s. Iuliani presbyteri, & martyris. in Hiſpania ciuitate Itarica ſancti Gerõtii epiſcopi in carcere quieſcentis. Ciuitate Compluto Iuſti, & Paſtoris fratrũ iugulatorum. Pariſii, ſancti Ludouici Regis Francorũ religioſiſsimi. Agathopoli ſancti Seueri abbat.

G *Septimo Calendas Septembris, Luna.*

10 21 2 13 24 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 28
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

26 ROmæ s. Zephyrini Papæ. & martyris ſub Antonino Heliogabalo; & ſanctorum martyrũ Hirenei, & Abundii ſub Decio Imperatore, & Valeriano præfecto, qui in pasſione beati Laurentii leguntur. Apud uigintimillium beati Secundi martyris, uiri inſignis ex legione Thebæorum, tempore Maximiani. Pergamo ciſalpinæ Galliæ s. Alexandri mart. ex dicta legione, pro Chriſto obtruncati. Antiſiodori, beati Eleutherii epiſcopi Deo digni. Niuernis, s. Eulalii epiſcopi. Salonæ in Dalmatiæ, ſub Diocletiano s. Anaſtaſii martyr. in mare demerſi, de quo ſupra duodecimo calendas.

xi. A *Sexto Calendas Septembris, Luna.*

11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 CApuæ, natale S. Ruffi martyris, quem docuit beatus Apollinaris, beati Petri apoſtoli diſcipulus,

Tertio Calendas Septembris, Luna. 8. D

14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ via oſtienſi paſſio beati Felicis presbyteri ſub Diocletiano, & Maximiano imperatoribus, ac iudice Dracone, qui poſt equulei ſuppliciũ, cùm ad decollãdum duceretur, obuius fuit ei quidã qui Chriſtianum ſe profeſſum, cum eo pariter decollatus eſt, cuius nomen ignoratur. Sed Felici ad coronam adauctus, Adaucti nomen accepit. Item Romę ſanctæ Gaudentię virginis. Ciuitate Thuſcię Tuderto, Terentiani epiſcopi, & Flacci martyrum ſub Hadriano Imperatore, ac Præfecto Letiano. Itẽ Firmini epiſcopi Ambianenſis. Nolæ in Campania Felicis presbyteri, & confeſſoris. Ipſo die ſanctorum Ianuarii presbyteri, Fortunati, & Septimii lectorum. 30

Pridie Calendas Septembris, Luna. E

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 23 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

TReueris, natale s. Paulini epiſcopi, qui tempore Arrianę infeſtationis à Conſtantino imperatore, ob catholicã fidem, vſque ad mortem variis exiliis fatigatus, tandem apud Phrygiam beatæ paſſionis coronã accepit à Domino. Apud Athenas Ariſtidis fide, ſapientiaq; clariſſimi, qui Hadriano principi de religione Chriſtiana librum apologeticum obtulit: & quod Chriſtus ſolus eſt Deus, pręſente ipſo imperatore luculentiſſimè perorauit. 31

Antiſiodoro ſancti Optati epiſcopi Mileſitani. Itẽ ſanctorum martyrum Robuſtiani, & Marci.

Item ſancti Helladii,& Auliani præſulum. Lemonico tralatio ſancti Martialis epiſcopi.

xxi.F

## CALENDIS SEPTEMBRIS, LVNA.

16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Dies 1. IEſu Nauè,qui Moyſi ſucceſſit, ac Gedeõ, qui poſt eũ quartus Iſraelem iudicauit, prophetarum . Item Hieroſolymis natale beatę Annę propheriſſę, Filiæ Phanuel viduę de tribù Aſer in Euangelio celebris . Apud Capuam, via Aquaria s. Priſci epiſcopi, & martyris., atque vnius ex antiquis Chriſti diſcipulis.Remis depoſitio s. sixti epiſcopi primi eius ciuitatis.Apud sennones beati Lupi epiſcopi,tẽpore Clotarij Regis,de quo refertur, quod dũ aſtaret,præſente clero ſacris altaribus in eius calicẽ delapſa fuit gemma cœlitus. Cænomannis s. Victorij epiſcopi . Apud Arelatum iuxta Rhodanũ ſancti Egidij abbatis.Beneuenti ſub Maximiano, ac iudice Valeriano, ſanctorum martyrum duodecim fratrũ, Donati,Felicis,Acontij, Honorati,Fortunati, Sauiniani, Septimii, Ianuarii, Felicis, Vitalis,Satyri, & Repoſiti . In Cæſarea Cappadociæ ſancti Longini martyris, & militis, de quo idibus Martii . Item beati Agili abbatis, tempore Clodouei Regis . In agro Conſtantienſi ad aquas duras ſanctę serenæ virginis. Itẽ tralatio ſanctæ Marinę virginis ex Achaia Venetias,tempore Iacobi Tepoli Ducis, anno ſalutis milleſimo ducenteſimo decimo tertio. Eodem die Viuardi Remẽſis antiſtitis;& Bercarij eius diſcipuli,& abbatis,& martyris.

Quarto

Ayuntamiento de Madrid

*Quarto nonas Septembris, Luna.* v.G

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

LVgduno Galliç, natale ſãcti Iuſti epiſcopi, qui ad Aegyptum ſecedens, cùm aliquot annis proximam Angelis egiſſet vitam, dignam tantorum laborum finē regnum cœleſte promeruit: cuius corpus vnà cùm oſſibus viatoris eius miniſtri Lugdunū fuit relatum. Eodem die apud prçfatam vrbē ſancti Elpidii epiſcopi. Item in Cappadocia Elpidii abbatis abſtinentia conſpicui. Parthi Mederici abbatis, tempore Othonis tertii. In Apamia ſancti Antonini martyris decollati, atque in fruſta diſcerpti. Itē ſancti Coſmç eremitç in Creta inſula, cuius corpus Venetiis ſeruatur. Budç, in Vngaria, ſancti Emerii confeſſoris filii Stephani primi Vngariç Regis. 2

*Tertio nonas Septembris, Luna.* A

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmç ſanctç Serapiç Antiochenç virg. & martyris, ſub Hadriano principe, ac Beryllo iudice, quæ nec laſciuiis, nec facibus ſuccumbens, dein fuſtibus cæſa, atque decollata eſt: huius paſſio quarto calendas Auguſti recolitur, quam hodie beata Sabina ſepeliuit. Apud Aquileiā Nerone imperat: ſub Sebaſto præſide ſanctarum Euphemiæ, Dorotheç, Teclç, & Eraſmç virginum, ac martyrum, virgis, malleis, flammiſque cruciatarum, mammasq; truncatarum, quç cùm illeſç apparuiſſent, à Valentio patre duarum, primarū, patruoque reliquarum decollatç ſunt. Capuæ ſanctorum martyrum Auſonii pueri, & Ariſtei epiſcopi, quorum geſta habentur. Tullo ciuitate ſancti Mauſueti epiſcopi. Papiæ ſancti Marini. Item ordinatio Pontificatus ſancti Gregorii.

Romæ natale ſanctæ Phæbes; cuius Paulus apoſtolus ad Romanos meminit. Item ſancti Antidij epiſcopi Turonẽſis, tempore Honorij ſub Vandalis paſſi.

xiii. *Pridie nonas Septembris, Luna.*

B 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 29 1 12 23 4 15 26 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

4 MOyſi prophetæ, & Ducis *Iſ*rael, qui diem clauſit apud Phaſga in uertice Montis Nebò Moabitarum. Apud Ancyram Galatiæ natale ſanctorum martyrum trium puerorum Ruffini, Syluani, & Vitalici. Cabilone ſancti Marcelli martyris, qui ſub perſecutione Antonini Imperatoris, à prẽſide Priſco, cum ad prophanum conuiuium fuiſſet inuitatus, & epulas execrans, cũ conuiuas Idololatrię increparet, ab ipſo, inaudita credulitate, cingulotenus in terram defoſſus, tertia die dignum Deo reddidit ſpiritum. *Ipſo* die ſanctorum martyrum Magni Caſti, & Maximi. Treueris, ſancti Mauri confeſſoris. Apud Ariminum in ſpelunca Titani montis, ſancti Marini Anachoretæ.

ii. C. *Nonis Septembris, Luna.*

20 1 12 23 4 15 26 7 17 29 10 21 2 13 24 5 16 27 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 ROmæ beati Victorini martyris, q̃ ſanctitate, ac miraculis clarus, ſacerdoti Amiterninæ vrbis totius populi electione eſt adeptus: poſtmodum ſub Imperatore Nerua ſuſpenpi iuſſus eſt inuerſo capite ſuper ſulphereas aquas, ubi poſt triduum glorioſa uictor migrauit ad Chriſtum. Romę in portu ſancti Herculani martyris. Apud Belgas in Frude Fluuio ſancti Bertini Abbatis.

Capuæ ſanctorum martyrum Quintii, Acontii, & Donati. Ipſo die ſanctorum Apuſeii, Ferreoli, & Ferruti.

Octaue

*Octauo idus Septembris, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 12 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | 30 | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 10 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

ZAchariæ phophetæ, qui de Caldea ſenex, in pā 6
triam reuerſus, iuxta Aggeum iacet tumulatus.
In Aphrica ſanctorum epiſcoporū Domitiani, Poſſidii, Manſueti, Germani, & Fuſculi, qui ſub perſecutione Vādalica Humerici Regis Arriani iuſſu, ꝓ aſſertione catholicæ ueritatis diutiſſimè cæſi, & exilio eliminati ſunt. Inter quos ēt epiſcopus nomine Letus uir ſtrenuus, ac doctiſſimus, poſt diuturnos carceris ſquallores, incendio concrematus eſt. Romæ S. Eleutherii abbatis apud Spoletum tēpore B. Gregorii papę. In Cappadocia urbe Reatæ s. Cotidii diaconi. Item Romæ Oneſiphorij diſcipuli Pauli apoſtoli qui de eo ad Thimotheū ſcribēs meminit q̃ Corones ep̄s fuiſſe traditur. Item Magni cōfeſſ.

*Septimo idus Septembris, Luna.* x. E

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 23 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 11 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

APud Nicomediam beati Ioannis martyris, hic 7
fidei amore ſuccenſus, cum libellum edictorum aduerſus Chriſtianos iniecta manu diſcerpſiſſet, iuſſu Diocletiani, ac Maximiani omnib. ſuppliciorū generib. tentatus, alacriter omnia pertulit. Ciuitate Aureliano depoſitio beati Euurcii epiſcopi, tempore Conſtantini, qui primum Romanę urbis ſubdiaconus, inde Colūbę indicio epiſcopus dictæ urbis eſt deſignatus. In agro Pariſienſi ſancti Clodoaldi filii Clodomiri Regis, ac ꝑsbiteri, tp̄e Iuſtini ſenioris. In agro Auguſtodunenſi ſanctæ Reginæ uirginis & martyris, ſub Olibrio pręfecto, equuleū, carcerē, ac lampades perpeſſę, tandemq; decollatę. In agro Trechiſſino Memorii archidiacōi, s. Lupi epiſcopi,



Ayuntamiento de Madrid

quem Attila Rex Hunnorum, cum ſociis interfecit. Catalaunis Alpini diſcipuli eiuſdẽ Lupi. In Anglia Dunſtani cantuarienſis antiſtitis.

F *Sexto idus Septembris, Luna.*

2 3 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 13.
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

8 NAtiuitas beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, ex patre Ioachino Nazareno, matre verò Anna Bethleemitica. Nicomediæ s. Hadriani martyris, cum aliis vigintitribus, qui omnes, poſt multa ſupplicia, martyrium, crurifragio conſummauerunt ſub Maximiano, quarto nonas Martii. Hodie verò Hadriani corpus Romam tralatum. Alexandriæ ſanctorum Ammonii, Theophili, Neotherii, & aliorum uigintiduorum. Antiochiæ ſanctorum Timothei, & Fauſtini, Amphionis, Seueri, & Seueriani martyrum. Item Romę ſancti Gorgonii martyris. Item ſancti Corbiniani epiſcopi Friſiorum, tempore Pipini. Romæ ſancti Sergii Papæ, qui Cononi ſucceſſit, ædem Lateranenſem reparauit, & Agnus Dei, ter in Miſſa cantari inſtituit.

18.G *Quinto idus Septembris, Luna.*

24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 13
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

9 NIcomediæ paſsio ſanctorum Petri, Dorothei, & Gorgonii cubiculariorum Diocletiani Imperatoris, qui coram eo perſecutionem in Chriſtianos deteſtati, ipſius iuſſu ſuſpẽſi, ac flagris laniati, viſceribus nudatis, aceto, & ſale perfuſi ſunt; inde in craticula aſſati, & laqueo enecti, poſt multum tempus, Gorgonius Romam tralatus in via Latina poſitus, & inde anno ſalutis 764. in Galliam. In Sabinis milliario ab vrbe trigeſimo, ſanctorum Hyacinthi, Alexandri, & Tyburtii. In agro Taruarenſi s. Autmarii



Ayuntamiento de Madrid

tii epiſcopi. In Aegypto s.Dorothei abbatis,genere Thebæi,viri ſobrii,ac vigilantiſſimi, qui monachis cellam quotãnis ædificabat:& de ſportularum, quas noctu texebat,precio pauperes alebat.

*Quarto idus Septembris, Luna.* 7. A

25 7 17 28 10 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

TOlentini depoſitio s.Nicolai cõfeſſoris ordinis fratrũ eremitarum s.Auguſtini,quem Eugenius quartus ſanctorũ catalogo aſcripſit.Romæ beati Hilarii Papæ,natione Sardi,in pauperes munifici. In Aphrica ſub perſecutione Valeriani,& Galeni, ſanctorum Nemeſiani, Felicis, & Lucii epiſcoporum. Item Felicis,Lycii,Poliani,Victoris,Iaderis, & Datiui, qui ſub dicta perſecutione, ad primam Chriſti confeſſionem,fuſtibus cæſi,compedibus vincti,& ad metalla damnati glorioſum agonem conſummauerunt,ad quos extat beati Cypriani epiſtola. Eodem die ſancti Petri archiepiſcopi, virtutibus,& miraculis clari.In Chalcedonia ſanctorum Soſthenis,& Victoris,qui ſub Priſco conſule,cùm carcerem, vincula,& beſtias ſuperaſſent, inter precandum ſpiritum emiſerunt.Ipſo die ſanctorum Demetrii, & Ammonis martyrum. Item Saluii confeſſ. 10

*Tertio idus Septembris, Luna.* B

26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ via Salaria veteri ſanctorum Proti,&Hyacinthi Eunuchorum,beatæ Eugeniæ virg.de qua octauo calendas Ianuarii, qui ſub Galeno Imperatore Chriſtum confeſsi,cũ Diis immolare nollẽt, diutius verberati,ac pariter decollati ſunt. Lugduni depoſitio s.Patientis confeſſ. In Tyebaide S. Heliæ abbatis, tercentum virginum rectoris. Fuit & alter 11

Helias in finibus Antinoæ ciuitatis, hoſpitalitate cõſpicuus. In inſula Palmaria Venerii eremitę. Fuit & alter Venerius abbas apud Tyburtinam ciuitatem, tempore Othonis tertii. In Sicilia ſanctorum Eupli, & Serapionis confeſſorum.

xv. C *Pridie idus Septembris, Luna.*

27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 16
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

12 APud Ticinum, quæ nunc Papia dicitur, ſanctorum Syri Papienſis epiſcopi, & Iuuenci, qui mox Syro ſucceſſit, qui à beato Hermagora epiſcopo Aquileiæ, ac beati Marci diſcipulo ad pręfatam vrbẽ directi Chriſti euangelium prædicantes, virtutibus, ac miraculis illuſtres, etiam vicinas vrbes illuminarunt, & in pontificali honore feliciter quieuerunt; Iuuencus autem presbyter, qui metricè ſcripſit euangelia, claruit in Hiſpania, tempore Conſtantini Imperatoris. Lugduni, depoſitio ſancti Sacerdotis epiſcopi. Auguſtoduno, Euantii pſulis. In Aquitania ſancti Maximi Treuerenſis epiſcopi, qui quarto calendas Iunii Treueros relatus eſt. Nicomedię ſancti Nicetæ martyris. Apud Aegyptum Bonæ virginis, quæ contemptis nuptiis, cœnobium ſubiit.

D *Idibus Septembris, Luna.*

28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

13 ALexandriæ beati Philippi Alexandrini epiſcopi, patris ſanctę Eugeniæ virginis; hic præfectus exiſtens, baptiſmi gratiam, & epiſcopatus honorem adeptus eſt, quem in oratione conſtitutum, iuſſit Herennius præſes gladio interimi, tempore Voluſiani & Galeni, ſiue Seueri. Eodem die ſancti Amati abbatis monaſterii Romanici, abſtinentia, ſolitudine, ac miraculis clari. Andegauio ſancti Mauritii epiſcopi.



Ayuntamiento de Madrid

Item S. Venerii confeſſoris, admirandæ ſanctitatis viri. Turoni, ſancti Lydorii Antiſtitis. Auguſtoduno Nectarii pontificis. Item Lygorii martyris natione Græci, quem Gentiles in eremo inter vepres repertũ interfecerunt.

*Decimoctauo Calendas Octobris, Luna.* B

29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

HIeroſolymis exaltatio ſanctę Crucis, quando Heraclius Imperator eam de Perſide Coſdroa Rege victo, Hieroſolymam reportauit. Eodem autem die Romę oſtenditur eiuſdem ſacri ligni portio à Sergio Papa in ſacrario S. Petri reperta. Romæ via Appia beati Cornelii Papæ, cuius os poſt exiliũ, iuſſit Decius plumbatis cædi, & ſic cum aliis viginti, & vno, promiſcui ſexus decollari, ſed & Cerealis miles cum vxore ſua Saluſtia, quos idem Cornelius inſtruxerat, capite plexus eſt. In Africa S. Cypriani epiſcopi Carthaginenſis ſcriptoris celeberrimi, qui ſub Galeno, & Valeriano principibus, poſt longum exilium, detruncatione capitis, martyrium conſummauit, in litore runico ſub Galerio Maximo procõſule. Referuntur cum eo paſſi Creſcẽtius, Victor, Roſula, & Generalis. Cõſtãtinopoli ſancti Ioãnis Chryſoſtomi Doctoris, & antiſtitis, tempore Arcadii. 14

*Decimoſeptimo Calendas Octobris, Luna.* xii. F

30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ via Nomẽtana beati Nicomedis præsbyteri, & mart. ſub Diocletiano Imperatore, qui cũ compellentibus ſe ſacrificare diceret: Ego nõ ſacrificabo niſi Deo omnipotẽti, qui regnat in cœlis, plumbatis diu cæſus migrauit ad Dominũ, ſub Flacco comite; corpus autem in Tyberim præcipitatum, à Iuſto 15

à Iuſto Clerico recuperatum, in horto ſuo conditũ. Apud Cabilunum ſancti Valeriani martyris, imperante Antonio vero: quem Priſcus preſes ſuſpenſum, & vngulis laceratum, in Chriſti confeſſione cõſtantem, & hilarem gladio conſumi fecit. Item octaua natiuitatis beatę virginis Marię. Tullo ſancti Apri epiſcopi. Item Carnuto ſancti Leobini prçſulis.

I. G *Sextodecimo Calendas, Octobris, Luna.*

1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

16 APud Chalcedoniam ſanctę Euphemię virginis, & martyris, quę tempore Diocletiani ſub proconſule Priſco tormenta, carceres, verbera, argumenta rotarum, ignes, pondera lapidum angularium, beſtias, plagas virgarum, ſecures, ſartagines ignitas ſuperauit, tandemque morſum beſtię pro Chriſto paſſa, ac cœlitus vocata, ſpiritũ emiſit. Romę ſanctorum martyrum Lucię nobilis matronę, & Geminiani, quos Diocletianus ſub Apophraſio, & Megalio iudicibus pęnis grauibus afflictos, diuque tortos, poſt laudabilem victoriam gladio animaduerti pręcepit.

A *Quinto decimo Calendas Octobris, Luna.*

2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

17 ROmę via Tyburtina, s. Iuſtini presbyteri, & m. quem Sixtus Pontifex ordinauit, & qui ſub perſecutione Decii, Galli, & Voluſiani cõfeſſionis gloria inſignis fuit: atque Laurentii. Hippolyti, Hierenei, Abundii, Cõcordię, & Cyrillæ filiæ Decii Imperatoris martyrum corpora ſepelierat. Itẽ Romę ſanctorum Narciſſi, & Creſcentii. Apud Leodium beati Lamberti Tungrenſis epiſcopi, & martyris in Gallia, qui paſſus eſt anno ſalutis. 610.

In

Ayuntamiento de Madrid

In Britãnia ſanctorum Socratis, & Stephani. In monte Aluerniæ dioceſis Aretinæ memoria ſacrorũ ſtigmatum beatiſſimi patris Franciſci. Niuioduno ſanctorum martyrum Valeriani, & Macrini, & Gordiani. Cordubæ, s. Aemiliani diaconi, & Hieremiæ decollatorum. Conſtantinopoli Tharraſii eremitæ, cuius corpus in ſpecu repertum eſt cum inſcriptione; Alexio imperante.

*Quartodecimo Calendas Octobris, Luna.* ix. B

3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale sãcti Methodii, Olympi, Lyciæ, & poſtea Tyri epiſcopi, q de reſurrectione aduerſus Origenem ſcripſit, & multa de nouiſſimis temporibus prædixit; atque ſub Decio & Valeriano in Chalcide martyrio coronatus eſt. Viẽnæ ſancti Ferreoli, qui cùm eſſet tribunitiæ poteſtatis, iuſſu impii præſidis, verberibus, catenis, & tetro carcere afflictus, inde martyrii palmam capitis abſciſione percepit. Item ſanctorum Trophimii, Oceani, & Euſtorgii epiſcopi, martyrum. Mediolani ſancti Satyri confeſſoris. 18

Auguſtoduno ſub Antonino Imperatore, & Valeriano præſide Florelli pueri decennis martyris, poſt Leonem victum, varioſq; cruciatus, à feris diſcerpti.

*Tertio decimo Calendas Octobris, Luna.*

4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 23
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

CIuitate Neapoli campaniæ ſanctorum Ianuarii Beneuentani epiſcopi, Feſti, Soſii, & Proculi diaconorum, Deſiderii lectoris, Euthychetis, & Achatii: qui poſt vincula, & carceres capite cęſi sũt, Puteolis, ſub Diocletiano principe, & Dracontio iudice. 19

Ayuntamiento de Madrid

dice. In Paleſtina ſanctorum martyrum Pelei, & Nili epiſcoporum, qui tempore Diocletianæ perſecutionis cum plurimis clericis igne conſumpti ſunt. Nuceriæ ſanctorum Felicis, & Conſtantis ſub Nerone paſſorum. Turoni S. Euſtatii epiſcopi magnarum virtutum viri.

Apud Lingones s. Seguani abbatis. In agro bituricos s. Mariani.

Ipſo die s. Zenonis martyr. & Theodori præſulis. Item Goderici epiſcopi Metenſis, tempore Theodeberti Regis, Meſſanæ in freto Siculo ſanctorum Nicandri abbatis, & Sodalium Gregorii, Petri, Demetrii, & Eliſabetæ, qui ſub quodam ſpecu ſolitarii vixere, inediam, ſitim, ęſtum, & algorem pro Chriſto tolerantes, vbi pariter in pace quieuerunt.

17. D *Duodecimo Calendas Octobris, Luna.*

5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

80 IN Cyzico vrbe apud Helleſpontum, ſanctorum martyrum Fauſtæ virginis duodecennis, & Euilaſii octogenarii palatini præfecti, ab ipſa ob miraculum conuerſi: Deinde miſſo per Maximianum Crato, cum Fauſta, & Euilaſius equuleum, clauos, ſartaginem liquefacti plumbi ſuperaſſent, cęlitus vocati, ſpiritum Deo reddidere. Cordubæ ſancti Eulogii presbyteri, & martyris.

Item ſanctorũ Euſtathii, & ſociorũ ſcilicet Theoſpis vxoris, & filiorum Agapeti, & Theopiſti, Romę ſub Hadriano in Bouem æneum clauſorum, & exuſtorum, de quibus decimotertio calendas Iunii. In Phrygia ſanctorum Dionyſii, & Priuati.

Item in Agro Gaualitano ſub Galeno, & Valeriano, Priuati epiſcopi, à Germanis Galliam vaſtan-

ſtantibus perempti. Eodem die vigilia s. Matthæi apoſtoli. In eremo Scythopolis Eulogii presbyteri.

*Vndecimo Calendas Octobris, Luna.* vi. E

6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale S. Matthæi apoſtoli, & euangeliſta, qui in Aethiopia prædicans, martyrium paſſus eſt: huius euangelium hebraicè ſcriptum, Chriſto reuelante, tempore Zenonis imperatoris inuentum eſt. Eodem die, via Claudia, viceſimo milliario ab vrbe paſſio s. Alexandrini epiſcopi, qui pro fide Chriſti, ſub Antonino imperatore, vincula, fuſtes, equuleū, lampades ardentes, vngulas, beſtias, ac fornacem ſuperans, tādem gladio vitam adeptus eſt glorioſam. paſſus eſt cum eo Herculanus miles, per tanta ſigna conuerſus. 21

Item Romę ſancti Cononis Papę ex Thracia, uiri optimi, & ueneranda canitie ornati, qui deceſſit anno nondum impleto. Et ſancti Pamphili martyris. In pago Trechaſſino ſanctę Mauræ uirg.

Item Iphigenię uirginis Aegiſti Regis filię, in Aethiopia à beato Matthęo baptizatę.

*Decimo Calendas Octobris, Luna.* F

7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 2 23 14 26
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Galliis ciuitate Seduno, loco Agauno ſanctorū martyrum Thebęorum, Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocētii, Vitalis, Cōſtātii, & ſociorū legionis vnius numerū implentiū, qui ſub Maximiano paſſi, ꝓ Xp̄o glorioſa paſſione mūdū illuſtrarūt. Lugduni s. Florētii presbyteri, qui ad Ripam ligeris ſpecū. fugatis inde ſerpentibus habitauit, Cōſtātino impe- 22

Ayuntamiento de Madrid

imperante. Apud Conſtantiam s.Ladonis epiſcopi. In agro Biturico s.Syluani confeſſoris. In Bethleem s.Syluani epiſcopi nazareni, diſcipulique s.Hieronymi. Item in deſerto Scythopolis ſyluani alterius abbatis. Apud Bauariam s.Antrani epiſcopi, qui ob alienum crimen mortis, diſcrimen patientiſſimè ſubiit. In pago Caſtrenſi iuxta Pariſium ſancti Ionis presbyteri, Iuliano mandante decollati, qui ex Athenis cum beato Dionyſio venerat. Eodem die ſanctini epiſcopi Meldenſis temporibus Domitiani, & Neruę.

xiiii. *Nono Calendas Octobris, Luna.*

G 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

83 Ciuitate Iconio, ſub Nerone. ſanctæ Teclæ virginis à beato Paulo inſtructæ, quæ in confeſſione Chriſti, ignes, ac beſtias deuicit: ac multa certamina, multis exemplum prętans, & ſeleuciam veniens requieuit in pace. In agro Conſtantienſi ſancti Paterni epiſcopi. In campania s.ſoſii Diaconi Milenatis ciuis; cui Ianuarius epiſcopus indicio flammæ in ipſius capite viſæ martyrium prędixit: quod Puteolis euenit, ſicut nudius quintus mentio facta é, quando Neapolitani Ianuarium, Miſenates Soſium, Puteolani Proculum, Eutychetem, & Achatium: Beneuētani Feſtum, & Deſyderium tumularunt. Romæ s.Lini Papæ, & martyris, qui beato Petro ſucceſſit in Pontificatu, & ſub Nerone imperatore, ac Saturnino conſule coronatus, poſtridie ſepultus eſt in vaticano. Item ſancti Liberii Papę. Ciuitate Anconæ Conſtantii confeſſoris, de quo Gregorius in dialogis. Item Conſtantii epiſcopi Aquinatis, tempore Ioannis Papæ primi. In agro Lugdunenſi Salbergæ abbatiſſæ.

Octauo

Ayuntamiento de Madrid

*Octauo Calendas Octobris, Luna.* iii. A

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

AVguſtoduno Eduorũ ſanctorum martyrũ Andochii presbyteri, Thyrſis diaconi, & Felicis, qui à beato Polycarpo ab Oriente directi ad docendã Galliam, ſub Aureliano principe ſunt glorioſè coronati; ſiquidẽ flagellis cæſi, tota die inuerſis manibus ſuſpenſi, in ignem miſſi, ſed non combuſti, tandẽ ſecuri percuſſi ſunt. Chalcedone ſub Diocletiano ſanctorum quadraginta nouẽ martyrum, qui à Priſco, Imperatoris iuſſu, leonibus, & vrſis expoſiti, & intacti, pariter decollati ſunt. Aruernis depoſitio s. Ruſtici epiſcopi. In Vngaria ſancti Gerardi epiſcopi, & martyris. Item conceptio ſancti Ioannis Baptiſtæ. 24

*Septima Calendas Octobris, Luna.* B

10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale beati Cleophæ diſcipuli, quem tradunt apud Caſtellum Emauntem in eadem domo, in qua menſam Domino præparauerat, pro confeſſione illius à Iudæis occiſum, & glorioſa memoria ſepultũ. Ambiano, beati Firmini epiſcopi, Pampelonæ nati, qui ſub præſide Rictiouaro, poſt varia tormẽta, capitis abſciſione martyrium ſumpſit. Apud Lugdunũ depoſitio beati Lupi epi, ex Anachoreta in præſulatũ aſſumpti. Eodem die s. Herculani militis, qui in paſſione Alexandri Papæ legitur. Antiſiodoro ſancti Annauri epiſcopi. Item s. Solennii epi apud Carnutum, qui cæcum, ſurdum, & mutum curauit: atq; Clodoueum Regem, cum ſuis baptizauit. 25

*Sexto Calendas Octobris, Luna.* xi. C

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 30
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Memoria

Ayuntamiento de Madrid

26 Memoria ſanctorum martyrum Cypriani epiſcopi,& Iuſtinæ uirginis,quæ multa propter Chriſtum perpeſſa,Cyprianum magicas artes obtendentem conuertit, cũ quo poſtea iam epiſcopo martyrium ſumpſit,ſub Claudio imperatore,præfecto āt Eutelio, apud Nicomediam iuxta Gallum fluuium: cum quib. paſſus eſt quidam Peregsinus Theognides.Horum corpora poſtmodum a Chriſtianis Romam delata,& a Ruffina matrona reuerẽter ſepulta; nunc autẽ Placentię quieſcunt.ciuitate Albana ſancti Senatoris cõfeſſoris.Romæ ſancti Euſebii papæ, & martyris,ſub Maxentio,uel Galerio.

xix. *Quinto Calendas Octobris, Luna.*

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 Apud ciuitatem Aegeam ſanctorum martyrũ Coſmæ,& Damiani, qui ſub perſecutione Diocletiani,ac præſide Lyſia, poſt multa tormenta, uincula,& carceres:poſt mare,& ignem,crucem,lapidationem,& ſagittas diuinitus ſuperatas, capite plectuntur. Referuntur etiam paſſi in eorum collegio tres fratres eorũdem Antimus,Leontius, & Euprepius, Apud Cordubam ſanctorũ Adulſi,& Ioannis fratrũ. Caſtro ſeduno, prope Auguſtodunum ſanctorũ Florentini,& Hilarii, qui iubente Croco Vandalorum Rege, poſt dentiũ confractionẽ, atque linguarũ eradicationem, gladio percuſſi ſunt. Eodem die ſancti Eleazari de tertio ordine ſancti Franciſci. Metenſi ciuitate Petri confeſſoris.

E *Quarto Calendas Octobris, Luna.*

13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

28 Apud Toloſam s. Exuperii epiſcopi,q. beatus uir quantum ſibi extiterit parcus, quantumq; aliis largus,

largus,teſtatus eſt diuus Hieronymus.Apud Pragam
ſancti Vinceslai martyris ſub Henrico Imperatore,
Regis Boemiæ,ſanctitate, ac miraculis glorioſi.Ro-
mæ s.Stactei præſulis.Ianuæ s.Solomonis epi.Cordu
bæ ſanctorũ martyrum Fauſtini,Ianuarii, & Martia
lis,de quibus tertio idus Octobris. Apud Latiniacũ
in Gallia ſancti Forſei epiſcopi, qui in Ibernia cla-
ruit.In Aſia ciuitate,Maximi martyris,iuſſu Decii,
poſt fuſtes,equuleum, ungulasque lapidibus obruti.

*Tertio Calendas Octobris,Luna.* 8.F

14 2 5 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN *monte Gargano Apulie, venerabilis memoria beati* 29
*Michaelis Archangeli* ,ubi in ipſius cõſecrata nomi
ne habetur ædes,humili quidẽ ſtructura.ſed cœle
ſti prædita uirtute.In Thraciæ ciuitate Abdera, ſan
ctorum martyrum Eutychi epiſcopi, Plauti,& Hera-
cleæ. Antiſiodori s.Fraterni epi, quẽ tradunt eo die
defunctum,quo electum.Trechas beati. Vrſionis mo
nachi. Regii Ciſalpinæ Galliæ Maximi epiſcopi.

*Pridie Calendas Octobris, Luna.* G

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

A*Pud Bethleem dormitio beati Hieronymi presbyteri,* 30
qui omniũ ſtudia literarũ adeptus,atq; probato
rũ monachorũ imitator eſt factus: obiitq̃ anno
ætatis nonageſimo octauo , menſe ſexto.Placẽtię s.
Antonii mar.ex legione Theologorũ In Galliis ca-
ſtro Salodoro,paſsio ſanct.Victoris,& Vrſi:ex nume
ro dictę legionis.q̃ primũ diris ſuppliciis excruciati,
cęleſti numine miniſtris tuẽtib9 erepti,ide i ignẽ
miſsi,ſed minime læſi.tãdẽ gladio cõſummati ſunt,
ſub Maximiano Imp.& Irtaco pſide.Eodẽ die ſanctæ
Sophiæ uiduæ.Catalaunis s.Leodomiri epiſcopi.



Ayuntamiento de Madrid

16.A CALENDIS OCTOBRIS, LVNA.

16 26 8 19 30 11 21 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Dies 1 ROmę beati Atetæ martyris,& aliorũ quingẽtorum, & quatuor. Tomis ciuitate ſanctorum Priſci, Creſcentis,& Euagrii. In prouincia Luſitana ciuitate Odyſſioppone ſanctorum martyrum Maximi, Veriſſimi,& Iuliæ eorum ſororis. Eodem die ſanctorum confeſſorum Germani, Remigii, ac Vedaſti, quorum primus Antiſiodorenſem, alter autem Remẽſem gubernauit eccleſiam: tertius verò Atrebatenſem, atq; Cameracenſem, quo ſcilicet die tralati ſunt: Germanus de Rhauenna Antiſiodorum: reliqui ad Remenſem vrbem. Tornaci ſancti Piatoris presbyteri, & martyris, qui cum beato Dionyſio epiſcopo, ſociiſq; è Roma in Galliam prædicationis gratia profectus, inde martyrii coronam adeptus, migrauit ad Dominum. In cœnobio Gandauenſi ſancti Pauonis confeſſoris, qui duriſſime vixit in cella. Treueris ſancti Nicetæ confeſſoris. Apud vrbem veterem ſancti Seueri presbyteri, de quo Gregorius.

5.B *Sexto nonas Octobris, Luna.*

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

2 NIcomediæ s. Eleutherii martyris, cũ aliis innumeris, quorum iubẽte Diocletiano impiiſſimo, alii gladiis obtruncabantur; alii in mare præcipitabantur, quos Eleutherius hortabatur, qui cruciatus inualeſcebat, donec martyrii, velut aurum igne probatum compleuit. In agro Atrebatenſi villa Syricino paſsio beatorũ Leodegarii Auguſtodunẽſis epiſcopi,

Ayuntamiento de Madrid

ſcopi,quem variis iniuriis.ac ſuppliciis pro verita-
te afflictum. Ebronius præfectus regię domus inter-
fecit,tempore Childerici Regis. Item Sancti Gerini
martyris fratris beati Leodegarii. Antiochiæ San-
ctorum Primi,Cyrilli,& Secundiani. Eodem die tra
latio Sanctæ Claræ virginis. Caſtro Cantumerulę
beati Sereni confeſſoris.

*Quinto Nonas Octobris, Luna.* 13.C

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 3 14 25 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ATHenis beati Dionyſii epiſcopi à beato Paulo 3
cõuerſi & electi,qui ſub Hadriano,poſt grauiſſi
ma tormentorum genera,glorioſo martyrio co
ronatus eſt: vt teſtatur Ariſtides Athenienſis vir ſa-
piētia mirabilis in eo opere,quod de Chriſtiana re-
ligione compoſuit. Apud antiquos Saxones Ville-
brordi Pontificis,& mart.& Sanctorum duorū mar
tyrum Euandorum,qui cum eſſent presbyteri Chri-
ſtum prædicantes, comprehenſi à Paganis & occiſi,
ad quorum corpora multa Domini lux nocte appa-
rens,& vbi eſſent,& quanti meriti,declarauit;ſuntq;
ſepulti Coloniæ.Romæ S.Candidi martyris ad vrsū
pileatum. Item Sanctorum Felicis, & Caſti.

*Quarto nonas Octobris, Luna.* 2.D

19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 4 15 26 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

I*N ciuitate Aſiſij natale beati Franciſci confeſſoris*, 4
ac fundatoris ordinis Minorū,qui poſt mirabilē
propagationem laudabilis militię,per totū orbē
diffuſæ,in ea viginti annis cęlibem, ac pauperē vitā
ducens, de carnis ergaſtulo ad cœleſtem patriam eſt
deductus. Apud Corinthū natale Sāctorum Criſpi,
& Caii,quorū meminit Sanctus Paulus apoſtolus ad
Corinthios ſcribens.In Aegypto Sanctorū Marci,&



Ayuntamiento de Madrid

Marcelliani fratrum,& aliorũ cum eis innumerabi-
lium,promiſcui ſexus, & ætatis, quorũ alii poſt uer
bera,alii poſt uarios cruciatus flammis traditi ſunt,
alii in mare præcipitati,nonnulli capite cæſi,cõplu
res inedia cõſumpti,alii patibulis affixi : quidam à
pedibus appenſi paſſionis coronam meruerunt. Pa-
riſii ſanctæ Aureæ uirginis tẽpore Heraclii. Alexan
driæ beati Aniani Alexãdrini epi s.Marci ſucceſſoris
& diſcipuli.Bononiæ s.Petronii eiuſdẽ urbis epiſco
pi,qui ſub Theodoſio ſecũdo claruit.Itẽ ſanct.Ame-
lii,& Amyci martirum, qui uno die nati cum Caro-
lo magno pro fide catholica dimicantes,cõtra Deſi-
derium Longobardorum Regem hæreticum in Cam
pania ciciderunt.

E *Tertio nonas Octobris, Luna.*

20 2 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

5 MEſſanæ in freto ſiculo, natale ſanctorum marty
rũ Placidi monachi,& beati Benedicti abbatis
diſcipuli Eutychi, Victorini, & Flauiæ eorum
germanæ,Donati,Fauſtini,Firmati,& aliorũ trigin-
ta monachorũ ; qui à Manucha Pirata, quẽ Abdalà
Barbarus Hiſpaniæ Rex miſerat, cruciati,& perẽpti
ſunt,à Gordiano aũt ſocio,q̃ pauidus ſeceſſerat,in ip
ſo urbis litore ſepulti, iuxta ædẽ s.Ioãnis Baptiſtæ,
ubi erat ſanctorũ oratoriũ;Paſſi ſunt autẽ anno ſa-
lutis quingenteſimo quadrageſimo; ipſe autem Pla-
cidus ſeptẽnis à Patre Tertullo traditus Benedicto,
agens autẽ annũ uigeſimum ſextum,martyrum paſ-
ſus eſt; Gorſianus autẽ eorum paſſionẽ ſcripſit. In
Galliis ciuitate Valẽtia,s.Apollinaris epiſcopi;cuius
uita,uirtutibꝰ & mors miraculis ẽ decorata Antiſio
dori, depoſitio ſanctorũ germanorũ Firmati diaco
ni,& Flauianæ uirginis. In Eumenia beati Thraſeæ
epiſcopi,

Ayuntamiento de Madrid

ep̄i, apud Smyrnam martyrio coronati. In urbe ſan-
ctæ Gallæ uiduæ, & monachæ, tempore Gothorum,
Symmachi Patritii filiæ. Item Fauſtini confeſſoris.

*Pridie nonas Octobris, Luna.* 10. F

21 3 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 6 17 28 10
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

ROmæ ſanctæ Balbinæ uirginis. Capuæ ſanctorū 6
martyrum Marcelli, Caſti, Aemilii, & Saturnii.
Eodē die beati Sagaris mart. & epiſcopi Laodi
cēſis, unius ex antiquis Pauli apoſtoli diſcipulis. In
Galliis ciuitate Agenio, ſub p̄ſide Daciano ſanctæ Fi
dei uirg. & mar. cuius exēplo beatus Carpaſius ad a-
gonē martyrii aīatus eſt. Heracleæ in ſinu Hadriæ,
Magni eius urbis ep̄i, Venetiis in æde s. Hieremiæ, tu
mulati anno ſalutis 1206. In Burgūdia Tullo ciuita
tes. Gangulfi martiris, imperante Conſtantino quar
to. Antiſiodori s. Romani præſulis. Itē Rogati mar.

*Nonis Octobris, Luna* G

22 4 14 25 6 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 7 18 29 11
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

PAtauii ſanctæ Iuſtinæ uirginis, & martiris cū pa 7
rentibus, conuerſæ per Proſdocimū ep̄m ſub Ma
ximiano rege, qui Viliano eius patri ſucceſſerat,
gladio transfixę. Romę uia Appia depoſitio s. Marci
Papæ, qui Symbolū in feſtis cantari inſtituit. Apud
prouinciā Euphrateiam ſanctorum martyrum Ser-
gii, & Bacchi, ſub Maximiano Imperatore, & Antio
cho præſide, ex quibus Bacchus neruorū uerberibus
diſcerptus, emiſit ſpiritū, Sergius uerò clauatis cot-
hurnicis icedere coactus, decollari iuſſus eſt. Itē ſan
ctorū Marcelli, & Apuleii, q cū, relicto Simone ma-
go, apoſtolicæ doctrinæ adhæſiſſent, ſub Aureliano
conſulari martirii coronam reportauerunt, ſepulta
non longe ab urbe Roma. In prouincia p̄fata ſanctę

K 3 Iuliæ

LIBROS DEL DR.

Ayuntamiento de Madrid

Iuliæ virg.& mar.ſub Martiano pſide.Itē Marci eremitę in Aegypto,qui Anachoretarū vitas ſcribebat.

17.A *Octauo idus Octobris, Luna.*

23 5 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 8 19 1 12
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

8 NAtale beatiſſimi ſenis Symeonis,qui in euangelio legitur Dominum ſuis ſuſcepiſſe manibus. Theſſalonicę ſancti Demetrii martyris, quem Maximianus Imperator, Chriſti præcepta tradētem iuſſit lanceis cōfigi.In ciuitate Hiſpali,ſancti Petri martyris.In agro Lugdunenſi ſanctæ *Benedictæ* uirginis, & martyris tēpore Diocletiani ſub iudice Macrobio. Ipſo die ſanctæ Pelagiæ Antiochenę, quæ peccatrix appellatur,quę in mōte olíueto ſub uirili habitu Deo ſeruiens,duriſſimè uixit, huius vitā ſcripſit Iacobus helioſpolitani epiſcopi Nonni, qui eā cōuerterat, diaconus: Nam Pelagia alia fuit in Aegypto,virgo forma præſtanti, antea Margarita vocata,quæ cultu ſexum mentita, contemptis nuptiis, fugiens, virginum collegio cùm officioſiſſimè præfuiſſet,falsò criminata, & iniuſtè afflicta, ſingulare poſteris patientiæ reliquit exemplum.Item Thaidis Alexandrinæ,quam Pannucius abbas conuertit,quę in ignem iactatis rebus precioſiſſimis, quas meretricio acquiſierat,anguſtia cellę,& inedia per trienniū ſeſe ſponte macerans, ueniam meruit. Cæſareæ ſub Decio ſanctæ Reparatæ virginis,poſt multos cruciatus decollatæ, cuius corpus Florētiam eſt tralatum. Gortinæ in Creta ſancti Philippi antiſtitis. In Pago Blionenſi Suſannæ virginis. Item dedicatio templi ſancti Marci in alma vrbe Venetiarum.

B *Septimo idus Octobris, Luna.*

24 6 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 9 20 2 13
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Abrahæ

Ayuntamiento de Madrid

ABrahæ Patriarchæ. Pariſii ſanctorum martyrum 9
Dionyſii epiſcopi,Ruſticii presbyteri,& Eleuthe rii diaconi,qui beatus epiſcopus à Clemente papa in Galliam prædicandi gratia directus, in vrbe prædicta,officio functus,tandem imperãte Domitiano à præfecto Feſcennino vnà cum ſociis gladio percuſſus martyrium compleuit. Apud Iuliam in agro Parmenſi via Claudia ſancti Domnini martyris,ſub Maximiano,qui vitans perſecutionis rabiem, à perſecutoribus peremptus eſt.Itẽ s.Giſlerii confeſſoris.

*Sexto idus Octobris, Luna.* C

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 25 | 7 | 17 | 28 | 9 | 20 | 2 | 12 | 23 | 5 | 15 | 26 | 8 | 18 | 29 | 10 | 21 | 3 | 14 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

APud Cretam beati Pinyti,Gnoſiæ vrbis epiſcopi 10
nobiliſſimi, imperante Antonino Vero; qui in ſcripturis ſuis,velut in quodã ſpeculo, viuẽtem, ſui reliquit imaginẽ.Coloniæ Agrippinæ ſancti Geryonis martyris,cognomento Maloſi,cũ aliis trecentis decẽ,& octo, qui ſub Maximiano pro uera pietate,colla patienter gladiis ſubdiderunt. In agro eiuſdem Vrbis,s.Victoris martyris,& aliorum decem,& ſeptem.Item Peronę in Germania ſanctorum martyrum Caſſii,& Florentii,cum aliis ſeptem.In Britannia s.Paulini epiſcopi Eboracẽſis.Populoniæ in Thuſcia s.Cerbonii epiſcopi, quorum vterque claruit tẽpore Gregorii Papæ.Aureliani ſancti Geraldi primũ militis,mox monachi abſtinentia præditi. Item Pierii Alexandriæ presbyteri doctiſſimi. Apud Septam Mauritaniæ ſanctorum Danielis, Samuelis,Angeli, Donni,Leonis,Nicolai, & Vgolini ſociorum s.Franciſci martyrum,in Luſitaniam tralatorum.

*Quinto idus Octobris, Luna.* 15 D

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 26 | 8 | 18 | 29 | 10 | 21 | 3 | 13 | 24 | 6 | 16 | 27 | 9 | 19 | 1 | 11 | 22 | 4 | 15 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |



Ayuntamiento de Madrid

11 PApiæ tralatio,& recõditio corporis beati Augu ſtini, ex Aphrica in Sardiniã. Redonis ciuitate s.Aemiliani cõfeſſoris. Tharſo Ciliciæ beatorũ martyrũ Theraci, Probi, & Andronici, q̃ perſecutio ne Diocletiãi ſub præſide Maximo, diu carcere affli cti, ac tertio diuerſis tormentis examinati, leonibus, & urſis expoſiti, ſed ĩtacti, in cõfeſsione Chriſti triũ phum gloriæ ſunt adepti. In Scotia beati Cãnitii ab batis. In ciuitate Vgetia S.Firmini confeſſoris, & præſulis. In Pago Vulcaſino paſsio ſanctorũ Nicaſii epiſcopi, Quirini præsbyteri, atque Scubiculi diaco ni, & Potentię uirginis ſub Feſcennino. Ipſo die ſan ctorũ Anaſtaſii presbyteri, Placidi, Geneſii, & ſocio rum martyrum. Turoni, Venantii abbatis.

4. B *Quarto idus Octobris, Luna.*

27 9 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 12 23 5 16
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

12 RAuennæ uia Laurentina s.Ediſtii martyris. In Aphrica ſanctorum martyrum quatuor milium nõgentorum ſeptuaginta ſex, ſub Hunerico Re ge, qui cũ eſſent eccleſiarum epiſcopi, presbyteri, & diaconi, cũ aliis fidelium turbis, pro defenſione ca tholicæ ueritatis, in horribilis eremi exiliũ truſi, tã dẽ uariè cruciati, & à Mauris ferociſsimis p̃ aſpera loca tracti, atque diſcerpti, martyriũ conſummaue runt: inter quos erant Cyprianus, & Felix præcipui Domini ſacerdotes. In Syria s.Euſtathii præsbyteri. Item beati Euſtarhii Luxouienſis abbatis à beato Co lumbano deſtinati. Fuit & Euſtathius ex Pamphylia epiſcopus antiochenus, qui cum aduerſus Arrianos ſcripſiſſet, à Conſtantino Traianopolim relegatus eſt. Apamiæ beati Marcelli epiſcopi, & martyris, tẽ pore Theodoſii ſenioris. Romæ ſancti Cleti Papæ.



Ayuntamiento de Madrid

*Tertio idus Octobris, Luna.* F

28 10 20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 13 24 6 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Troadem beati Carpi diſcipuli s. Pauli apo 13
ſtoli,& ibidem epiſcopi, & martyris. Cordubæ
paſsio ſanctorũ Fauſtini, Ianuarii,& Martialis,
qui primũ equuleo excruciati, deinde ſupciliis ra-
ſis,auribus quoque,ac naribus præciſis, dẽtibus etiã
ſuperioribus uulſis, tandem igne martyriũ conſum
mauerunt,ſub Eugenio præfecto.Eodem die ſancto-
rum Marci,Marcelli, & Hadriani in Chalcedonia.
Antiochiæ s.Theophili,qui ſeptimus à Petro apoſto
lo Eccleſiæ pontificatum tenuit. Turoni ſancti Venã
tii abbatis. Londinii in Anglia Eduardi anglorum
regis ſanctiſsimi,& alterius Eduardi ſecundi.

*Pridie idus Octobris, Luna.* 12.G

29 11 21 3 13 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 14 25 7 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ uia Aurelia s.Caliſti Papæ, & martyris, 14
hunc Alexander Imperator ſub diutina cuſtodia
fame cruciari,& quotidie fuſtibus cædi iuſsit,tã
dẽ uerò ꝑ feneſtrã domus, in qua cuſtodiebatur ꝓci
pitatus, uictoriæ triumphũ promeruit. Hic conſti-
tuit ieiunia quatuor temporum anni, pro frumẽto,
uino,& oleo,ſecundum prophetiam.Ciuitate Tuder
tina s.Fortunati epiſcopi, tempore Iuſtini Impera-
toris,qui in fugandis ſpiritibus immundis immẽſæ
uirtutis emicuit gratia.Treueris, ſancti Ruſtici Pon
tificis. Eodem die Gaudentii Ariminenſis epiſcopi,
& in eadem urbe martyris, Conſtantino imperante.
Item ſancti Iuſti Lugdunenſis epiſcopi, qui in ere-
mo Aegypti è uita migrauit. Item ſanctorum *Sa-
turnini*,& Lupi.

Idibus

Ayuntamiento de Madrid

1. A *Idibus Octobris, Luna.*

1 12 22 4 14 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 15 26 8 19
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

15 APud Coloniam Agrippinam ſanctorum trecentorum ſexaginta martyrum ex legione Thebeorum Maximiani, qui apud dictam vrbem cum duce ſuo Gregorio curſum agonis glorioſi cõpleuerunt. Romæ via Aurelia S. Fortunati. Lugduni, s. Antiochi epiſcopi, qui ſtrenuè functus officio, regnum cœleſte adeptus eſt: & in æde ſanct. Machabęorum martyrũ ſepultus, in qua Iuſtus quieſcit. In agro Remenſi, Sancti Baſilii confeſſoris, & abbatis, tempore Childeberti Francorum Regis. Apud Veronam ſanctæ Placidæ virginis ſanctiſſimæ, Valẽtiniani Imperatoris filiæ. Capuæ ſanctorum Luphili, & Fortunati. In agro lemonico Leonardi confeſſoris.

B *Decimoſeptimo Calendas Nouembris, Luna.*

2 13 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 16 27 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

16 IN Aphrica apud Leptim, ſeu Tripolim Sanctorum martyrum ducentorũ ſeptuaginta pariter coronatorum. Item Sanctorum martyrum Martiani, & Satyriani, cum duobus eorum fratribus, qui fidem catholicam confitentes, fuſtibus cæſi, & vſq; ad oſſa laniati, denuo incolumes reddebantur; tandem Cangerici iuſſu, pedibus ligatis poſt currentes quadrigas, per aſpera ſyluarum tracti ac diſcerpti ſunt. Paſſa eſt autem Maxima virgo cum eis. Item Sanctorum Saturnini Nerei, cum aliis trecentis ſexaginta quinq;. Eodem die in Alemania Sancti Galli abbatis natione Scoti, & ſancti Columbani diſcipuli, in Sueuia quieſcentis. In agro bituricẽſi ſancti Ambroſii epiſcopi. In inſula Tumba Oceani britãnici dedicatio Phani ſancti Michaelis Archangeli: quod Autbertus bracacenſis

Ayuntamiento de Madrid

cenſis epiſcopus,oraculo admonitus extruxit,tempo re Childeberti Regis. In Gallia Sancti Magnoboni Andegauenſis epiſcopi,tempore Dagoberti.

*Sextodecimo Calendas Nouembris,Luna.* 9. C

3 14 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 17 28 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ANtiochię,s.Heronis,diſcipuli ſancti Ignatii,qui poſt eum epiſcopus factus, viam magiſtri pius imitator ſecutus, pro commēdato grege amator Chriſti occubuit.Ciuitate Auraſica,S.Florentii epiſcopi, qui multis clarus virtutibus, quieuit in pace. Itē Victoris epiſcopi,Alexandri, & Mariani. Andegauii s.Lupi epi. In agro niuernenſi beati Vincentii presbyteri.Romę s.Priuati mar.ſub Alexandro Imp. Item Ariſtonis diſcipuli,& Marthę ſororis Lazari. 17

*Quintodecimo Calendas Nouembris, Luna.* D

4 15 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 18 29 11 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

N*Atale beati Lucæ euangeliſtæ*, qui cum eſſet octoginta quattuor annorum obiit in Bithynia plenus ſpiritu ſancto; huius oſſa viceſimo anno Cōſtantii Patauium tralata ſunt. Romæ ſanctę Tryphoniæ vxoris Decii Cæſaris,eo poſt Sixti, & Laurentii martyriū, cęlitus punito, baptizatę cū Cyrilla filia Decii a Iuſtino presbytero,& poſtridie defunctæ, & iuxta ſanctum Hippolytū ſepultæ.In agro Beluacenſi apud Ambianum s.Iuſti martyris. Eodem die ſancti Aſclepiadis epiſcopi Antiocheni, vnius ex præclaro confeſſorum numero, qui ſub Decio glorioſè paſſi.Item Alexandri,& Victoris martyrum,& Aquilini epiſcopi.Atque Hermelandri abbatis. 18

*Quarto Calendas Nouembris,Luna.* 17. E

5 16 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 17 27 9 19 1 12 23
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Alexan-

decimo quarto

Ayuntamiento de Madrid

19 ALexandriæ ſanctorũ martyrum Ptolomei, & Lucii cũ quodam Tertio, ſub Antonino Pio, ac iudice Vrbicio: quorum prior diu carceris ſquallore afflictus, in confeſsione Chriſti perſeuerans, ſequẽs quoque ſe Chriſtianum liberè profeſſus, capitalem ſentẽtiam ſubiere ſimul. In Antiochia Syriæ ſanctorum martyrum Beronici, Pelagiæ, & aliorum quadraginta nouem. Apud Iberniam in ſylua Nertenſi beati Ethini eremitæ. Apud Sennonas tralatio ſanct. Sauiniani & Potentiani epiſcoporum, ex numero ſeptuaginta duorum diſcipulorum. Puteolis Proculi, & Niceę matris eius.

6. F *Tertiodecimo Calendas Nouembris, Luna.*

6 17 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

20 IN Arabianenſi prouincia beati Maximi Leuitę, & ma t. qui tempore Decii patiendi deſyderio, inquiſitoribus ſe palam offerebat, & poſt reſponſionẽ, & cõſt ... ã, equuleo ſuſpenſus, ac tortus, deinde fuſtibus cæſus, ad ultimum lapidibus obrutus occubuit. In Galliis ciuitate Agẽnio, s. Carpaſii martyris, qui cum rabiem perſecutionis declinans lateret in ſpelũca, tandẽ audiens qualiter beata Fides uirgo ꝓ Chriſto agonizabat, animatus, orauit Dominũ, ut ſi eum gloria martyrii iudicaret dignũ, ex lapide ſpeluncę aqua limpidiſsima emanaret; qđ pręſtante Domino ſecurus ad certamen properauit, & palmã martyrii ſub Daciano præſide, unà cũ Primo, & Feliciano fratribus fortiter dimicando ꝓmeruit. Coloniæ paſsio ſanctarum uirginũ Marthæ; & Saulæ, cum aliis pluribus. Item Georgii diaconi, & Aurelii martyrum.

G *Duodecimo Calendas Nouembris, Luna.*

7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 18 29 11 21 3 14 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Nico-

Ayuntamiento de Madrid

NIcomediæ ſanctorum martyrũ Daſii, Zotici, & Caii, cum duodecim militibus. Eodẽ die apud Aegyptum in Thebaide beati Hilarionis abbatis, qui apud Paphum Cypri deceſsit, cuius uitã Diuus Hieronymus ſcripſit, & gręcè Sophronius. Oſtię S. Aſterii presbyteri, & martyris, quem Alexãder Imperator in Tyberim præcipitari iuſsit, qđ Caliſtum pontificẽ ſepeliſſet. Ipſo die beati Viatoris miniſtri beati Iuſtini Ludunẽſis epiſcopi, apud eremum in Aegypto. Burdegalię ſancti Seueri epi. Coloniæ ſanctarum undecim millium uirginum, quæ pro uirginitatis conſtantia martyrio uitã conſummauerunt. ab Hunnis interfectæ ſub Attila militantibus, quarum princeps fuit Vrſula Britannorum Regis filia. 21

*Vndecimo Calendas Nouembris, Luna.* 14.A

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 19 | 29 | 11 | 21 | 3 | 14 | 24 | 6 | 17 | 27 | 9 | 20 | 1 | 12 | 2 | 24 | 15 | 26 | |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

APud Hadrianopolim Thraciæ ſanctorum martyrum Philippi epiſcopi, Euſebii, & Hermetis. Itẽ beati Marci epiſcopi clariſsimi, & doctiſsimi uiri, qui primus ex Gentibus Hieroſolymorum Eccleſiam ſuſcepit regendã, ac non multo poſt martyrii meruit palmam. Item beatæ Salomes, quæ in euãgelio legitur circa Domini ſepulturã ſolicita. In ciuitate Oſca Hiſpaniæ ſanctarum uirginũ Maniliæ, atq; Zelodię, quę diutina cuſtodia maceratę ſub matris Chriſtianę doctrina eruditę, ſub Sarracenis martyriũ paſſæ ſunt anno ſalutis 851. Itẽ S. Melanii Rhotomagẽſis epi, tpe Galeni Imperatoris: Hic cõmẽorari põt Melania, quæ filia Marcelli cõſulis, urbano filio ꝑtore Romæ relicto, in Syriã nauigauit; hæc in Patres ſanctos Pambonẽ, Serapionem, Pannuciũ, Iſidorũ, & Dioſcorũ officioſiſsima fuit: & Hieroſolymę cõſtructo monaſterio, cũ uirginibus ſãctiſsime uixit, 22

tempore

Ayuntamiento de Madrid

tempore Valentis Imperatoris;huius quoque ex Vrbano filio neptis Melania nomine, ac moribus auiã ſecuta,cũ viro Piniano, veſtibus in altaris uſum cõuerſis,bonisq; in monaſteria,&pauperes diſtributis, ſeruis manumiſsis, cœnobium ſibi conſtructum ingreſſa,Deo ſeruiuit;Idem fecit Albina mater; Idéq; vir eius cum triginta monachis; Id idem fecere Pãmachus proconſul eorum cognatus,Macarius nobilis,& Conſtantius prefectorum à conſiliis.

3. B *Decimo Calendas Nouembris,Luna.*

9 20 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 23 5 16 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

23 IN Antiochia Syrię s.Theodori presbyteri,qui ſub Iuliani perſecutione,& Aunnculo eius prę ſide Iuliano,poſt equuleum,ac diuérſos cruciatus, etiam facibus exuſtus,in confeſſione Chriſti perſiſtent, gladio martyrium conſummauit. In Hiſpania ſanctorũ Seruandi,& Germani,qui ſub prę fecto Viatore,poſt verbera,ſqualorem carceris,ſitis,ac famis iniuriam, & longiſſimi itineris laborem,tandem martyrii curſum,cęſis ceruicibus,impleuerunt; Ex quibus Germanus Emeritæ , Seruandus verò Hiſpali conditus eſt. Coloniæ s.Seuerini epiſcopi. Papiæ Seuerini Boetii philoſophi,ac Theologi celeberrimi,à Theodorico tyranno proſcripti, ac deinde in vinculis interfecti; cum prius Symmachnm ſocerum ſimiliter peremptum,amiſiſſet.Ipſo die ſancti Romani epiſcopi. In pago Pictauienſi,s.Benedicti cõfeſſoris. In agro Ambianenſi ſancti Domitii epiſcopi,& Gratiani martyris.Item Leucadii epiſcopi.

C *Nono Calendas Nouembris, Luna.*

10 21 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 24 6 17 28
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

Venuſię

VEnuſiæ in Apulia, ſanctorũ Felicis epiſcopi Turbacenſis, Audacis, & Ianuarii presbyterorũ, Fortunati, & Septimii lectorũ, qui temporibus Diocletiani, multis diu vinculis, & carceribus macerati, & in Aphrica, & in Sicilia tandem gladio cęſi ſunt. Vertano monaſterio S. Martini abbatis, qui in ſpecu Maſſici montis Campanię vixit, tempore Iuſtini Iunioris; vt refert Gregorius. In Britanniæ inſula Sergia ſancti Maiori epiſcopi mox eremitæ, viri admirandi. In Tyburtina ciuitate s. Maiorii martyris ſub Hunnerico Vandalorum tyranno, fuſtibus macerati, & gladio perempti. Romæ ſancti Bonifacii Papę, cuius tempore Hieronymus claruit. Pariſij Maglorii pontificis. In agro Turonico beati Enoch abbatis. Item ſancti Vitalis confeſſoris. 24

*Octauo Calendas Nouembris, Luna.* 11.D

11 22 3 14 24 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 25 7 18 29
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ ſanctorum martyrũ Chryſanthi, & Dariæ virginis, qui poſt multarum animarum lucrum iuſſi ſunt à Numeriano Imperatore via Salaria in arenario deponi, atq; ibi ſub Celerino iudice, terra, & lapidibus obrui. Item Romæ ſanctorũ quadraginta ſex milliũ, qui ſimul baptizati à Dionyſio Papa, mox iubẽte Claudio Imperatore decollati, & in via Salaria ſepulti, vbi & alii martyres centũ viginti poſiti ſunt, iter quos fuerũt quatuor milites Chriſti Theodoſius, Lucius, Marcus, & Petrus. In vrbe Sueſſionenſi ſanctorum Criſpini, & Criſpiniani, qui perſecutione Diocletiani ſub Rictiouaro p̃ſide, poſt immania tormenta, gladio trucidati, coronam martyrii conſecuti ſunt. Florentiæ paſſio beati Miniati ſub Decio precipe. Ciuitate Gaualis S. Hilarii epiſcopi. Ciuitate Petragorica s. Phrõtonis qui à beato 25

Petro

Ayuntamiento de Madrid

Petro epiſcopus ordinatus, cum Gregorio presbitero, poſt multos ad Chriſtum conuerſos, in pace quieuit. Narbonæ Ruſtici antiſtitis. Item Beati, & Benigui martyris.

19. E *Septimo Calendas Nouembris, Luna.*

12 23 4 15 25 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 26 8 19 1
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

26 THeſſalonicæ S. Demetrii militis, ac ſub Maximiano Imperatore martyris. Apud Aphricam ſanctorum martyrum Rogatiani presbyteri, & Feliciſsimi, qui ſub perſecutione Decii, & Valeriani, illuſtri ſunt martyrio coronati, de quibus etiã ſcribit beatus Cyprianus in epiſtola ad cõfeſſore. Apud Tile caſtrum ſancti Florentiani martyris. Ipſo die S. Amandi præſulis, Luciani, & Flori. Narbonæ S. Ruſtici epiſcopi. Romæ S. Euariſti Papæ, & mart. in vaticano ſepulti. Nicomediæ ſanctorum Luciani, Martiani, Floriani, *Heraclii*, Flori, & Tutii, martyrũ, & Vrſę uirginis. Epheſi S. Polycarpi pontificis. In India ſancti Frumentii epiſcopi, ab Athanaſio Alexandriæ epõ inſtituti, qui cum Hedyſio à quodã Metropio presbytero inſtructus, ac fauore Regis Indorum munitus, Chriſti fidem, & cultum ampliauit. Item tralatio Bartolomæi Apoſtoli ad Beneuẽtum.

F *Sexto Calendas Nouembris, Luna.*

13 24 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 IN Hiſpania, ciuitate Abyla, paſsio ſanctorũ Vincentii, Sabinæ, & Chriſtinæ, qui primum adeo in equuleo ſunt extenti, ut omnes compagines membrorum eorum laxarentur; deinde capita eorũ lapidib⁹ impoſita, uſque ad excuſsionẽ cerebri, ualidis uectibus ſunt contuſa, atq; ita martyrium compleuerunt, ſub præſide Daciano. Eodem die beati Iuonis

presby-

Ayuntamiento de Madrid

presbyteri, ex tertio minoritanorum fratrũ ordine. Antiſiodori ſancti Deſiderii epiſcopi. Vigilia apoſtolorum Simonis, & Iudæ.

*Quinto Calendas Nouembris, Luna.*

14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28 10 21 3 8. G
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

N*Atale beatorum apoſtolorum Simonis Chananei, & Thadei*, qui etiam Iudas Iacobi legitur; quorum 28
Simon apud Aegyptum, Thadeus apud Meſopotamiam prædicauit; inde ſimul Perſidem ingreſſi, cùm innumeram multitudinẽ Chriſto acquiſiuiſſẽt, martyrium conſummauerunt. Huc memoria ſpectat Abdiæ Babylonis epiſcopi à prædictis apoſtolis inſtructi, qui eorũ paſſionẽ ſcripſit Hebraicè, quam in Græcum tranſtulit Eutropius, de quo pridie calẽdas Maij; Latinam fecit Aphricanus: quàmuis ex hiſtoria Eccleſiaſtica conſtet Simeonem apoſtolum Cleophæ filium Hieroſolymis ſub Traiano fuiſſe crucifixum, de quo duodecimo calendas Martii. Romæ ſanctę Cyrillæ filię Decii Cęſaris, quę ſub Claudio principe pro Chriſto necata eſt gladio. Ciuitate Meldenſi ſancti Pharonis epiſcopi, tempore Clotarii Regis. Pariſii tralatio S. Genoueſæ virginis. Ciuitate Cumis. S. Fidelis martyris. In urbe Metenſi S. Terentii epiſcopi. In Phrygia ſanctorum Tharſi, Polycarpi, Caii, Eumenii, Ianuarii, Tarrei, Cõmunii, & Florẽtii.

*Quarto Calendas Nouembris, Luna.*

15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 29 11 22 4 A
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

HIeroſolymis, natale beati Narciſſi epiſcopi, Aurelio Antonino imperante, quem ſanctitate, pa- 29
tientia, ac fide laudabilẽ fuiſſe, hiſtoria teſtatur Eccleſiaſtica. Ipſo die apud Sidonem vrbẽ B. Zenobii presbyteri, qui pſecutione Diocletiani martyrio



Ayuntamiento de Madrid

coronatus eſt. In Lucana prouincia ſanctorum martyrum Hyacinthi, Quinti, Feliciani, & Lucij. Eodem die beati Ioannias epiſcopi Auguſtodunẽſis, de quo Beda ſcribit.

16. B *Tertio Calendas Nouembris, Luna.*

12 27 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

30 APud Aphricam natale ſanctorum martyrum ducentorum viginti. Ciuitate Tingitana paſsio ſancti Marcelli centurionis, qui capitis abſciſione Diocletiano imperante, martyriũ compleuit, ſub Agricolao præfectorum prętore, quem ſecuti filii vndecim, & vxor Nonia cum filio paruo, in lacum merſa apud legionenſem vrbem Hiſpaniæ. Antiochiæ ſancti Serapionis epi, eruditione clari, imperãte Commodo. Toloſæ ſancti Saturnini. Eodem die beati Germani epi Capuani, magnæ ſanctitatis uiri, cuius animam in ſphęra ignea ab Angelis in cœlũ ferri uidit beatus Benedictus; ut refert Diuus Gregorius. Apud vrbem veterem ſancti Sabini epiſcopi Terracinæ, beati Leontii confeſſoris.

5. C *Pridie Calendas Nouembris, Luna.*

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

31 VIgilia omnium ſanctorum. Romæ beati Nemeſii diaconi, & Lucillæ filię eius, q. à beato Stephano Papa baptizati, cum à fide Chriſti flecti nequaquã poſſent, iubẽtibus Valeriano, & Galeno decollati ſunt in via Appia iuxta templũ Martis octauo calendas Auguſti; Horum tñ venerabilior habetur ſolennitas, quando à beato Sixto Papa corpora eorum in dicta via ſunt honeſtius tumulata. In Galliis apud Ambianũ oppido Viromado ſancti Quintini, qui ſub Maximiano Imperatore, ac Rictiouaro præſide

Ayuntamiento de Madrid

præſide, martyriũ paſſus eſt, huius corpus poſt quinquaginta quinque annos, angelo reuelante, inuẽtum eſt. Romæ beati Natalii confeſſoris, tempore Zepherini Papæ. Apud Ratisbonam ſancti Bolfangangi epiſcopi. Apud foſſas Papyrianas, quæ foſſa noua dicitur, ſancti Foliani martyris, qui ex Ibernia profectus, fratrem ſuum Vltanum, qui Foſſenſem eccleſiam regebat, viſurus in ſaltu carbonario martyriũ paſſus eſt.

## CALENDIS NOVEMBRIS, LVNA. D

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

FEſtiuitatis beatæ Dei genitricis Mariæ, & omnium ſanctorum martyrum, quam Bonifacius Papa celebrem, & generalem inſtituit quotannis agendam: vt Pantheon tẽplum, quod Marcus Agrippa Ioui, & omnibus Diis dicauerat, meritò à Chriſtianis Saluatori, ſanctisq; vniuerſis deſcriberetur, obtẽtum à Phoca Imperatore; quam poſtea Gregorius Papa quartus ſolennitatem ad Nouẽbres calendas tranſtulit. Apud Caſtrum Diuionenſe ſancti Benigni presbyteri, qui miſſus cũ Andochio presbytero, & Tyrſi Diacono à Polycarpo epiſcopo Ioãnis apoſtoli diſcipulo ad prædicãdum in Galliam, poſt quàm à Terẽtio comite per trochleas extenſus, ſubulisque decem in digitis punctus, aliisq; tormentis afflictus, tandem collum eius vecte ferreo tundi, & corpus lancea confodi iubetur. Terracinæ ſanctorũ Cæſarii Diaconi, qui tẽpore Claudii diutina cuſtodia maceratus eſt, cumque ad eius preces corruiſſet Apollinis templum, in ſaccum miſſus cum Iuliano Dies 1

presbytero,& in mare præcipitatus eſt;reiecti ad litus ab Euſebio poſtmodum martyre ſepulti ſunt. Pariſii ſancti Marcelli epiſcopi. Item ſancti Seuerini monachi Tyburtini. Nicomediæ natale ſanctę Mariæ uirginis, quæ diris verberibus afflicta, equuleo extenſa,& vnguis lacerata,martyrium compleuit. Ciuitate Baiocenſi ſancti Vigorii epiſcopi, tempore Childeberti Regis. In Pago Veſtinenſi apud Sennonas ſancti Maturini cōfeſſoris, tempore Maximiani. In agro Niuernenſi ſancti Patritii martyris.

83.B *Quarto nonas Nouembris, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 19 | 30 | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 8 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

6 Commemoratio omnium fidelium defunctorum, quæ ab Odilone abbate Cluniacenſi primum inſtituta,inde à Ioāne decimo ſexto Papa in vſū totius eccleſiæ recepta eſt. Apud Laodiciam S. Theodori epiſcopi, qui non ſolum verbis, ſed etiam virtutibus extitit ornatus; Nam Theodorus epiſcopus Cyrię ciuitatis à Cyro cōditæ,de quo Gennadius, alius fuit. Eodem die S. Victorini Pictauienſis epiſcopi, qui poſt multa documenta, vt Diuus Hieronymus teſtatur, ſub perſecutione Diocletiani, martyrio coronatus eſt. Romæ paſsio ſancti Euſtathii, & vxoris eius,ac duorum filiorum, tempore Hadriani Imperatoris. Apud Trigeſtum ſancti Iuſti martyris imperante Diocletiano, ſub prefecto Manatio, poſt dura verbera in mare merſi. Item ſancti Ambroſii abbat. monaſterii Agaunenſis. In Perſia ſub Sapore Rege, ſanctorum Aſcindini, Pygaſii, & Anepcthiſti martyrum. Apud Tarſum Ciliciæ ſub Iuliano ſanctæ Euſtochii virginis, & martyris: In Bethleem alterius Euſtochii virginis,ſancti Hieronymi diſcipulę, cuius mater extitit Paula.



Ayuntamiento de Madrid

*Tertio nonas Nouembris, Luna.* 2. F

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 30 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 9 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

NAtale ſancti Quarti apoſtolorum diſcipuli, qui fuit Berythi epiſcopus, de quo Paulus ad Roma nos meminit. Apud cæſaream Cappadociæ ſanctorũ martirum Germani, Theopoli, Cæſarii, & Vitalis, qui ſub perſecutione Deciani optimè duxerunt martyrium. Cæſareç Auguſtæ ſanctorum innumerabilium martirum, qui ſub Daciano Hiſpaniarum præſide trucidati, & in incẽdium proiecti ſunt; & ob id Maſſa candida uocati. Eodem die S. Malachiæ epiſcopi, qui tempore Eugenii tertii claruit in Ibernia. Caſtro Viterbienſium paſsio ſanctorum Valentini presbyteri, & Hilarii diaconi, q̃ ſub Maximiano Imp. ac Demetrio cõſule diu laniati, tẽplo Herculis precibus ſubuerſo, in Tyberim proiecti, ac decollati sũt. In Anglia beati Chenelmi Regii pueri, & mart. 3

*Pridie nonas Nouembris, Luna.* G

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 21 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | 30 | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 10 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

ALexandriæ ſancti Hierii ſanctitate, & doctrina præſtantiſsimi, priuatim, ac publicè pro fide diſputãtis, qui tẽpore Philippi Imperatoris quieuit. Apud Rutenosin Gallia ſancti Amantii epiſcopi, tempore beati Gregorii Papæ. Auguſtoduno ſancti Proculi martyris. In Vngaria apud Albam regalem beati Emerici confeſſoris, filii ſancti Stephani Regis. Bononiæ ſanctorũ Vitalis, & Agricolal, quorum poſterior prioris ſeruus fuit antea, nunc autem martyrii ſocius, & collega, tolerauit autem ille omnia tormentorum genera potius, quàm Chriſtum negaret: hic autem patibulo affixus, ac peremptus eſt. In Pago Volcaſsimo paſsio ſancti Claripresbyteri. 4



Ayuntamiento de Madrid

Eodem die ſancti Perpetui Tungrenſis epiſcopi. Et Niuernenſi agro beati Honorati confeſſoris. Item Perpetuæ coniugis beati Petri apoſtoli.

10. A *Nonis Nouembris, Luna.*

22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 11
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

5 ZAchariæ prophetę patris beati Ioãnis Baptiſtę, Hieroſolymis, Herodis iuſſu interfecti. Terracinæ ſanctorum Felicis presbyteri, & Euſebii monachi, tẽporibus Claudii Imperatoris, qui Euſebius cùm ſepeliſſet ſanctos martyres Iulianũ, & Cęſariũ, & conuerteret multos ad fidem Chriſti, quos Felix baptizabat, tenti ſunt ambo, & ad iudicis Leontii forum ducti, nec ſuperati, deinde in carcerem recluſi, & nocte eadem, cum ſacrificare Diis nollent, decollati, & à Quarto presbytero iuxta prędictos martyres ſepulti. Fuit autem Leontius præfatus filius beati Leontii confeſſoris, de quo nudius ſeptimus. Aureliani ſancti Læti presbyteri. Treueris beati Fabritii antiſtitis. Item beatæ Modeſtæ virginis.

B *Octauo idus Nouembris, Luna.*

23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 12
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

6 TVneti in Aphrica, natale beati Felicis, qui ſuppliciis ſeruatus, in vinclis emiſit ſpiritum; in huius ſolennitate quendam pſalmum beatus Auguſtinus videtur exponere ad populum. Fuit & Felix monachus vir ſanctus in monaſterio Fũdenſi: de quo Gregorius. In Oriente ciuitate Theopoli ſanctorum decem martyrum, qui ſub Sarracenis paſſi leguntur in geſtis ſanctorum quadraginta militũ. In Aphrica ſancti Attici. Apud Rutenos ſancti Melani confeſſoris. Item in Aquitania ciuitate Lemonico, s. Leonardi abbatis, quem Clodoueus Rex de ſacro fonte

Ayuntamiento de Madrid

fonte leuauit, Remigius autem Remenſis epiſcopus, baptizauit, hic vitæ ſanctimonia, miraculiſq; clarus unicum erat carceratorum ſubſidium. In agro turonico Lupantii confeſſoris. Nicomediæ Hadriani martyris.

*Septimo idus Nouembris, Luna.* 18.C

24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2 13
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

PAtauii, depoſitio ſancti Proſdocimi primi epiſcopi ciuitatis ipſius, qui à beato Petro apoſtolo ordinatus, illuc ad prædicandũ verbum Dei miſſus eſt, ubi virtutibus, & ſignis clarus, beato fine quieuit. Alexandriæ beati Archillei, qui eruditione, fide, conuerſatione, ac moribus inſignis fuit. Peruſiæ, ſancti Herculani epiſcopi, cuius corpus, poſt abſciſionem capitis, ita unitum, atque incolume die quadrageſimo, vt ſcribit Gregorius, repertum eſt, ac ſi ferro intactum fuiſſet. Eodem die beati Amaranthi martyris, qui ſub Decio apud Albigenſem vrbem exacto agonis fidelis curſu, ſepultus viuit in gloria. Apud Friſios Germaniæ in agro Treuerenſi depoſitio ſancti Vuldebrordi epiſcopi. 7

In agro turonico Baldi confeſſoris.

*Sexto idus Nouembris, Luna.* 7. D

25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 14
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

IN Pannonia, ſub Diocletiano imperatore, ac tribuno Lampadio, paſſio ſanctorũ martyrum. Claudii, Nicoſtrati, Symphoriani Caſtoris, & Simplicii, qui primò in carcerem miſſi, inde ſcorpionibus cæſi, cùm in fide conſtanter perſeuerarent, iuſſi ſunt à Diocletiano in plumbeis loculis claudi, & in fluuium demergi, quorum corpora poſt dies quadraginta duos, à quodã Nicodemo chriſtiano recupe- 8



Ayuntamiento de Madrid

rata, honorificè tumulata ſunt. Romę uia labicana ſanctorum quatuor coronatorum Seuerini, Seueriani, Carpophori, & Victorini fratrum iuſſu Diocletiani, plumbatis, ante ſimulachrum Aeſculapii, uſque ad mortem cæſorum; quorum nomina cum diu ignorarentur, quatuor Coronati uocabantur, & ita deinceps appellati ſunt. Item tralatio ſanctorũ Ludouici epiſcopi ordinis minorum. Eodem die ſancti Auſtrimonii præſulis. Et octaua omnium ſanctorum.

E *Quinto idus Nouembris, Luna.*

26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

9 Dedicatio Baſilicę Saluatoris, hoc eſt ædis Lateranenſis per beatum Syluestrum Papam, quam Conſtantinus imperator ſtructam multis donatiis ornauerat. Apud ciuitatem Amaſiam Marmaritanorum, ſancti Theodori martyris, temporibus Maximiani imperatoris, ſub Brinca legionis præfecto, qui pro confeſsione Chriſti uerberatus, & in uincula coniectus, de in cælitus admonitus, & confortatus, rurſum in equuleo ita ungulis laceratus eſt, ut eius interiora paterent, & incendio traditus, uelut aurum in igne probatus eſt. Item Heracleæ in Macedonia ſancti Theodori alterius militis, quem Licinius imperator multipliciter cruciatum, tandem decollari iuſsit; cuius corpus Venetias eſt tralatum.

*B*ituricis, ſancti Vrſini confeſſoris, qui Romæ ordinatus primus ad eã urbem deſtinatus eſt epiſcopus, qui Natanaël fuiſſe traditur. In agro Niuernẽſi beati Mauri leuitę. Nicomediæ Damiani confeſſoris. In Hiſpania ſanctorum Fauſti, & Martialis.

Quarto

*Quarto idus Nouembris, Luna.* 15. F

27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 16
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale ſanctorum martyrum Tryphonis, Reſpicii, & Nymphæ uirginis, ac filiæ Aureliani imperatoris. In agro agathẽſi ſanctorum Tiberii, Modeſti, & Florentiæ, qui tẽpore Diocletiani multifariam cruciati martyrium tulerunt: Antiochiæ ſanctorum Demetrii epiſcopi, † Aniani presbyteri, Euſtathii, & aliorum uiginti; & ibidẽ ſancti Theodori martyris, qui Iuliano apoſtata iubente, ſub Saluſtio pręfecto crudeliſsima tormenta ſuperauit: Aureliani ſancti Monitoris epiſcopi. Ciuitate Agrippina depoſitio ſancti Cuneberti epiſcopi. Caſtello Melduno ſancti Leonis confeſſoris. Eodem die ſancti Probi Rhauennatis pontificis in ęde ipſi dicata ſepulti. 10

† al. Hadriani.

*Tertio idus Nouembris, Luna.* 4. G

28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN *Gallia Turonenſi ciuitate beati Martini*, primum ſub Conſtantino, & Iuliano militis, mox epiſcopi Turonenſis, cuius uita tantis extitit miraculis glorioſa, ut trium mortuorũ mereretur eſſe ſuſcitator magnificus, ut ſcribit Seuerus Sulpitius presbyter Aquitanicus. In Scepſia Metropoli Phrygiæ ſolitariæ, paſsio ſancti Menæ, uel Menantis, qui ſub perſecutione Diocletiani, poſt eremiticam militiam in dicta prouincia peractam, palàm prodiens, ſeque Chriſtianum profeſſus, primum diris cruciatibus tentatus, mox fixis in oratione genibus Chriſto gratias agẽs, gladio cæſus ẽ. Fuit & Menas uir ſolitarius 11

in

Ayuntamiento de Madrid

in Sannii prouincia de quo Gregorius in dialogis qui urſos ab aluearibus apum ferula abigebat. Itẽ & Menas abbas in cœnobio Salamà propè Alexandriam, de quo mentio fit in uitis Patrum. Ciuitate Gaualitana Galliæ ſancti Verani epiſcopi, cuius uita, fide, ac meritis claruit. Rhauennæ ſanctorum Valentini, Feliciani, & Victorini martyrum.

A *Pridie idus Nouembris, Luna.*

29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 18
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

12 TArraconę in Hiſpania beati Aemiliani epiſcopi, cuius admirabilem uitam Braulio Cęſaraugustanus epiſcopus ſcribit. Fuit & Aemilianus epiſcopus in Scotia clarus, qui Fauentiæ obiit.

Apud Sennonas beati Paterni martyris; Eodem die ſancti Martini Papę, & martyris: qui ob catholicam fidem à Conſtantio imperatore hæretico per Theodorum calliopum captus, ac ductus Byzãtium, relegatus eſt apud Cherſoneſum Põti, ubi antea Clemens pontifex exulauerat, ibidem uitã finiuit, multis uirtutum ſignis clarus. Antiochię ſanctorũ Demetrii epiſcopi, Hadriani diaconi, & aliorum uiginti, de quibus nudius tertius. Rutenis ſancti Meliani præſulis. Apud Thebaidem ſancti Hor abbatis,

12.B

*Idibus Nouembris, Luna.*

30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 19
13 A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

RHauẽnæ ſanctorum martyrũ Valentini, Solutoris, & Victoris. In Gallia apud aquas Sextias beati Demetrii clariſsimi martyris. In Aphrica ſanctorum Archadii, Paſchaſii, Probi, & Eutychiani, qui ſub Rege Vandalorum Genſerico Arrianam perfidiam abominantes, primùm proſcripti, inde in exi-

Ayuntamiento de Madrid

exilium acti,& atrociſſimis ſuppliciis excruciati,tan dem diuerſo mortis genere perempti ſunt. Turonis ſancti Brictii epiſcopi, qui beato Martino ſuccesſit. Cremonæ S.Homoboni, cuius ſanctitas crebris cla- ret miraculis. Apud Toletum Hiſpaniæ. s. Eugenii epiſcopi. Item s.Amandi pontificis. Alexandriæ, quinquaginta Sapientum,quos ad Chriſtum per Ca- tarinam uirginem conuerſos,Maxentius tyrannus in cendio tradi iuſſit. i. C

*Decimooctauo Calendas Decembris, Luna.*

1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 14

APud Thraciam Ciuitate Heraclea, ſanctorum martyrum Clementii pontificis, Theodori, & Philomeni;Alexādriæ ſancti Serapionis,quē per- ſecutores ſub Decio imperatore crudeliſsimis affece- runt ſuppliciis, ita vt ei omnes iuncturas membro- rum prius ſoluentes,de ſuperioribus eum præcipitan tes mactauerint.

Apud Trechaſinam urbem beati Venerandi mar- tyris. In Galatia ſub Aſclepio præſide beatæ Vene randæ, ſeu Veneris uirginis,& martyris Agathonis filię.In Loadicia beati Anatolii antiſtitis.

Item Platonis martyris. Apud Rhotomagum in villa Augio ſancti Laurētii epiſcopi,uita,& miracu lis clari. In urbe ueteri Fundatio templi ſanctæ Ma rię maioris, Nicolao quarto Papa præſente. D

*Decimoſeptimo calendas Decembris, Luna.*

2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 21
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

NOlæ in Cāpania, natale beati Felicis epiſcopi, 15 q. à primæua ętate,vita,& ſignis clarus,ſub Ma ximiano pręſide cū aliis triginta,martyrii ago nem

nem compleuit. Eodem die S. Eugenii Toletani pontificis, à beato Dionyſio ordinati, qui apud parienſem pagum, conſummato agone paſsionis, coronam percepit à Domino.

Eodem die S. Machuri epiſcopi, & confeſſoris, qui claruit in Britannia temporibus Iuſtiniani. Item ſanctorum Maclonii. & Marini confeſſorum.

10. E *Sextodecimo Calendas Decembris, Luna.*

3 14 2 5 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 22
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

16 LVgduni, natale ſancti Eucherji confeſſoris, qui ex nobiliſsimo Senatorum ordine ad religioſam uitam habitumq; conuerſus, diu intra ſepta ſpeluncæ in agro ſuo, ſecus Druentiam fluuium ſponte clauſus Chriſto ſeruiuit; deinde apud præfatam urbem reuelante Angelo, pontificali cathedra ſolenniter collocatus eſt; eius autem uxor Galla in ſpecũ uitam exegit, Filiæ autem duæ Conſortia, & Tullia uirgines manſerunt. In Aphrica ſanctorum martyrum Ruffini, Marci, Valerii, & Honorii. Item ſancti Fidentii epiſcopi tertii Patauini, & martyris apud ciuitatem Altinum, ſub Maximiano paſsi.

Eodem die ſancti Eadmundi Centuarienſis antiſtitis. Aureliani ſancti Marcelli confeſſoris. In Alemania beati Ormari abbatis in cœnobio ſancti Galli.

F *Quintodecimo Calendas Decembris, Luna.*

4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 23
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

17 ALexandriæ, beati Dionyſii epiſcopi, qui Origenis auditor literatiſsimus, cõfeſsione uerę fidei, & operibus editis illuſtris, neq; timori ceſsit, ne que

Ayuntamiento de Madrid

que capitis periculis parūt; quieuit aūt Galeni tēporibus, ut Diuus Hieronymus teſtatur. Cordubæ paſsio ſanctorum Aſicli, & Victoriæ, ubi in teſtimonium glorioſæ mortis eorum, die eodem roſę ortæ diuinitus colliguntur. Aureliani ſancti Amani epiſcopi, cuius mortem in conſpectu Domini prætioſam, miracula crebra teſtificantur. Turoni in Gallia S. Gregorii epiſcopi, quem Gregorius Papa ſtatura puſillum, uirtute præditū ualde ueneratus eſt. Apud Pontum beati Gregorii Neocæſarienſis epiſcopi, & martyris, qui ut templo conſtruendo locus ſufficeret, Montem precibus ſemouit. Item ſanctæ Teclæ uirginis.

*Quartodecimo Calendas Decembris, Luna.* 17.G

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | 30 | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 24 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

ROmæ dedicatio Baſilicæ apoſtolorū Petri, & 18
Pauli, quā Cōſtantinus imperator in uaticano nō longe ab Apollinis tēplo ędificauit, multiſque donariis, ac prouentibus dotauit; Syluester autē pontifex conſecrauit. Antiochię, S. Romani qui temporibus Diocletiani, cùm quidā præfectus Aſclepiades Eccleſiam irrumpere uellet, eamque funditus euertere, Chriſtianos hortatus eſt, ut ei contradicerent; unde unà cum quodam puero nomine Batalo, celebri martyrio coronatus eſt; poſt uarios.n. cruciatus, puer, pręſente matre, decollatus, ipſe ſtrāgulatus eſt: Item in eadem urbe ſub Maximiano imperatore S. Heſychii, qui cum eſſet miles, & cingulum militiæ potius depoſuiſſet, quàm Idolis immolaſſet, alligatus ſaxo ingenti, in fluuium Orontem præcipitari iuſſus eſt.

In

Ayuntamiento de Madrid

In Thuſciæ ciuitate Lucana S. Eridiani epiſcopi, de quo mira refert Gregorius. Itē trāſitus beati Odonis abbatis Cluniacenſis, qui tēporibus Hērici primi & ſecundi claruit: & Bernoni ordinis inſtitutori ſucceſſit. Romæ beati Gelaſii Papæ, defenſoris eccleſiæ, & pauperum, qui Miſſarum pręfactiones, tractus, preces, & multa contra Neſtorem, Eurychetem, & alios apoſtatas ſcripſit.

vi. A *Tertiodecimo Calendas Decembris, Luna.*

6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

19 Romæ beati Potiani Papæ, qui Maximino aduerſus Eccleſiam perſecutionem mouente, cū *Hip*polito, aliàs Philippo, presbytero in Sardiniam deportatus, ibique fuſtibus mactatus, martyriū conſummauit; cuius corpus à beato Fabiano Papa relatum, atque in cœmeterio Caliſti ſepultum eſt. Item Romæ via appia s. Maximi presbyteri, qui ſub perſecutione Maximiani paſſus, poſitus eſt ad ſanctum Sixtum. Eodem die beati Criſpini epiſcopi, qui in ciuitate Aſtiagenſi, dum Diis immolare contemnit, capite amputato, martryii glōriam adeptus eſt. Viēnæ ſanctorum martyrum Seuerini, Exuperii, & Feliciani, quorum corpora poſt multum tempus inuenta, a pręſule, Clero, & Populo, magno cum honore tumulata ſunt. In Alemaniæ oppido Marcburgo depoſitio ſanctæ Eliſabetæ Andreæ Regis Vngarorum filiæ, Viduæ religioſiſſimę, & in pauperes officioſiſsimæ. Auguſtoduni ſancti Simplicii epiſcopi. Item ſancti Fauſtini diaconi Romæ ſub Decio decollati iam tunc grandæui, qui cum Euſebio martyres in vinclis uiſitabat neceſſaria miniſtrans.

Duo-

Ayuntamiento de Madrid

*Duodecimo Calendas Decembris, Luna.* B

7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 26
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

IN Galliis, Cabiluno Eduorum oppido ſancti Syl- 21
uerini epiſcopi, qui quadrageſimo ſecundo anno ſacerdotii ſui plenus dierum, atque uirtutũ, migrauit ad Dominum. Meſſanæ in freto ſiculo ſanctorum Ampeii, & Caii martyrum. Taurini ſanctorũ Octauii, Sotheris, ac Mentoris martyrum. In Anglia ſancti Eadmundi Regis, & martyris. Conſtantinopoli Leone imperãte, beati Stephani abbatis ſanctiſsimi, & celebris: & Antipæ presbyteri, ac martyris. In Ediſſa ciuitate ſub Diocletiano, & Antonio præſide, ſanctorum Samonis, & Guriæ martyrum, quorũ paſſionem armenico ſermone ſcripſit Theophilus.

*Undecimo Calendas Decembris, Luna.* 14.C

8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

H*Ieroſolymis, Præſentatio beatæ Dei genitricis, & uirgi* 22
*nis Mariæ in templum.* Item beati Ruffi epĩ Thebarum, de quo Paulus ad Romanos ſcribens meminit. In Italia monaſterio Bobio ſancti Columbani abbatis, qui ex Ibernia inſula ortus, & in Gallia tempore Clodouci Regis clarus, multorũ cœnobiorum fundator, innumerabilium pater extitit monachorum, militisq; uirtutibus celebris, quieuit in ſenectute bona. In Iſtria ciuitate Parẽtio ſancti Mauri prope Romam imperante Numeriano ſub Celerino præfecto paſsi, & in Iſtriãm relati. Hoſtiæ ſanctorũ. Demetrii & Honorii.

*Decimo Calendas Decembris, Luna.* 3.D

9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Romæ

Ayuntamiento de Madrid

22. ROmæ ſanctæ Ceciliæ virginis, quæ ſpōſum ſuum Valerianum, & eius fratrem Tyburtiū ad Chriſtum conuertit, & ad martyrium incitauit: quam Almachius vrbis pręfectus poſt martyrium eorū teneri, atque illuſtri paſſione conſummari fecit; nam cùm ignem ſuperaſſet, ferro percuſſa eſt, Marci Aurelii, & Alexandri temporibus. Item Romæ ſancti Mauri martyris, de quo pridie. Auguſtoduni s. Pragmatii epiſcopi. Altino ciuitate iuxta Taruiſium ſanctorum Theoniſti epiſcopi, Tabræ & Tabratæ diaconorum, & martyrum, tempore Theodoſii primi decollatorum, qui ſublatis capitibus cōtra fluuium nauę delati Taruiſium peruenerunt. Cæſareæ in Cappadocia, ſancti Longini martyris.

B

*Nono Calendas Decembris, Luna.*

10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 29
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

23 NAtale ſancti Clemētis Papę, qui quartus à beato Petro apoſtolo pōtificatum tenuit, & ſub perſecutione Traiani relegatus in Tauricam Cherſoneſum, exulibus, fontem precibus impetrauit: inde in mare anchoræ alligatus proiectus eſt, ubi Phæbo, & Cornelio eius diſcipulis precātibus, retrocedēte quotannis pelago martyris corpus, quaſi in tabernaculo uiſebatur. Ciuitate Metenſi B. Clementis patrui S. Clemētis Papę, & primi Metēſium epiſcopi. Eodē die ſanctę Felicitatis matris ſeptē filiorū martyrū, quę iubente Antonio ſub prefecto Publio decollata eſt pro Chriſto. In Pago Aſbanico ſancti Rhodonis presbyteri. In ciuitate Emerita S. Lucretiæ uirginis. Alexandrię ſanctę Fauſtinę Auguſtę, quam a beata Catherina conuerſam Maxentius eius uir decollari iuſsit. Pariſii beati Seuerini monachi.

Octauo

Ayuntamiento de Madrid

*Octauo Calendas Decembris, Luna.*

11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 30
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

ROmę beati Chryſogoni mart. qui poſt longa vin 24
cula, & carceres, pro conſtantiſsima Chriſti confeſsione toleratos, iubẽte Diocletiano capite cæſus, & in mare pręcipitatus, martyrium conſummauit, quem in vinclis conſolabatur ſancta Anaſtaſia, & cuius corpus à Zoilo presbytero collectum. Item Romæ ſub Maximiano Imperatore, ac præfecto Carpaſio ſancti Creſcentiani mart. qui in paſſione beati Marcelli Papæ legitur. Regii ciſalpinæ Galliæ, ſancti Proſperi epiſcopi. Caſtro Blauia S. Romani epiſcopi, cuius ſanctitatis præconium miraculorum gloria declarat. Cordubæ ſanctarum Floræ, & Mariæ uirginum, quę poſt diuturnos carceres pro Chriſto interfectæ ſunt. Peruſiæ ſancti Feliciſsimi confeſſoris. Alexandriæ ſanctorum Porphyrii, & ducentorum militũ, ques à beata Catherina conuerſos Maxentius tyrãnus decollari iuſsit. Aruernis S. Porciani abbatis.

*Septimo Calendas Decembris, Luna.* 29.G

12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 1
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ALexandriæ, *beatæ Catherinæ virginis Coſti Regis filiæ,* 25
quæ ob chriſtianæ fidei confeſsionem, in uincla coniecta, ſcorpionibus cæſa, rotisq; aculeatis cruciãda iuſſu Maxentii tyranni, tandẽ capitis obtrũcatione illuſtre martyriũ compleuit; cuius corpus angelico miniſterio in uerticẽ Sinai montis tranſuectũ ẽ, ubi poſtea per Iuſtinianũ Cæſarem legum inſtauratorem, templum cum cœnobio magnificentiſsimo extructum eſt, ꝙ tũ propter Moyſi prophetæ memoriã, tum propter celebre glorioſæ martyris Mauſoleũ magno peregrinantium concurſu ueneratur. Cęſareæ

in Cappadocia paſsio S.Mercurii militis ſub Decio. Item Alexandrię ſancti Petri epiſcopi, & martyris ſub Maximiano Imperatore. Antiochiæ, ſancti Eraſmi martyris. Item ſanctorum Luciani, Martiani, & Claudiani. Apud Aemiliam ſanctæ Iocundæ virg. In Numidia, ſancti Materculi martyris præcipitio extincti.

A *Sexto Calendas Decembris, Luna.*

13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 2
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

26 NAtale s.Petri epiſcopi Alexandriæ, qui cunctis virtutibus ornatus Maximiani iuſſu obtrûcatus eſt, qui Theone ſucceſſerat, & cum quo alii ſexcẽti ſexaginta paſſi ſunt, in quibus & Fauſtinus, Dius & Ammonius. Eodem die s.Belini epiſcopi Patauini. Auguſtoduno s.Amatoris epiſcopi. Romæ S.Lini papæ, qui poſt beatum Petrum primus rexit eccleſiã annos duodecim, & martyrio coronatus in vaticano ſepultus eſt. Corbiaco ciuitate, monaſterio Vendopera Leonardi confeſſoris, virtute ac miraculis alteri Leonardo ſimilis, tempore Clotarii Regis. Item Conradi Conſtantienſis epiſcopi, anno ſalutis 976. In pago Remenſi ſancti Baſilii confeſſoris. Et in agro Trecaſſino Iuſti confeſſoris.

3. B *Quinto Calendas Decembris, Luna.*

14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

27 IN Gallię ciſalpinę, ciuitate Regienſi s.Maximi confeſſoris, qui à primęua ętate, omni uirtutum gratia prędi tus, primum Lirinenis cęnobii pater, deinde Regii epiſcopus, ſignis, & prodigiis inclytus extitit. Antiochię ſanctorũ Baſilei, & Saturnini. Nicomediæ ſanctorũ Petri, & Serenæ. Pariſii, s.Seuerini monachi. Mediolani ſanctorum Ioãnis, Seueri, &

& Euphemiæ.In Perſidis ciuitate Alepa, s.Iacobi in terciſi martyris conſpicui.Item Clementis epiſcopi Metenſis. In India ſanctorũ Barlàam,& Ioſaphat eremitarum,quorum uitam Ioãnes Damaſcenus deſcribit.Ipſo die beati Acharii epiſcopi Nouiomagẽſis. In agro Biturico Heſichii confeſſoris.

*Quarto Calendas Nouembris,Luna.* C

15 26 7 18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 4
A b c d c f g h i K l m n o p q r ſ t

APud Corinthũ beati Soſthenis Colophonis epi- 28
ſcopi,ac diſcipuli,de quo Paulus ad Corinthios ſcribẽs meminit . In Aphrica ſanctorum Papini, & Manſueti epiſcoporũ,qui tempore Vandalicæ perſecutionis ſub Genſerico Arriano Rege pro catholicæ ueritatis defenſione;ferreis laminis candentibus aduſti,glorioſum agonem conſummauerunt. Romæ s.Ruffi,quem cum tota domo punitũ martyrẽ Diocletianus Chriſto fecit. Itẽ beati Gregorii tertii papę,qui ſynodo 903. Epiſcoporum Romę congregata inſtituit ſanctorum imagines, quas Leo Imperator aboleri iuſſerat, ueneranda eſſe , quod & Gregorius ſecundus eius præceſſor decreuerat.

*Tertio Calendas Decembris, Luna.* 16.D

16 26 8 19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

VIgilia S.Andreæ apoſtoli.Romæ uia ſalaria ſan- 29
ctorum Saturnini Senis, & Siſinnii diaconi martyrum, ſub Maximiano principe ad arenam primò damnatorum, quos inde carcere diuturno afflictos iuſsit Laodicius p̃fectus urbis ĩ equuleo extẽdi, & neruis,fuſtibus, ac ſcorpionibꝰ cædi,flãmis exuri, ac depoſitos obtruncari. Hic duo milites Papia , & Maurus uidẽtes Idola collapſa, ſunt ad Chriſtũ conuerſi,quorũ memoria fit quarto calendas Februarii.



Ayuntamiento de Madrid

Toloſæ beati Saturnini epiſcopi, qui Decio imperante in Capitolio eiuſdem à Paganis tentus, eo, quòd eius præſentia Dii eorum à reſpõſis ceſſaſſent, & Tauro alligatus, per ſcalarum gradus raptatus, ac diſcerptus, dignum Deo ſpiritum reddidit. Apud Aegyptũ in montibus Nitrię ſancti Ammonis abbatis, qui tempore Conſtantini Magni, contemptis nuptiis, ſolitariam, ac ſanctiſſimam egit uitam, cuius animam Antonius ab Angelis in cœlum ferri vidit. Item ſancti Pannucii abbatis, qui eremum Heracliæ regionis incoluit, & cuius opera Thaidem inſignis formæ meretricem, ornamentis in ignem proiectis, veniam pœnitentia meruiſſe perhibent.

E *Pridie Calendas Decembris*, **Luna.**

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 6 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

30 *APud Patras Achaiæ ciuitatem, natale ſancti Andreæ apoſtoli*, qui etiam in Scythia prædicauit, qui beatiſſimus ab Egea conſule comprehenſus, primùm in uincla coniectus, deinde grauiſsimè cæſus, tandem in cruce ſuſpenſus, biduum ibi ſuperuixit Chriſtum prædicans. Apud Santonas ſancti Trophiani, ſiue Traiani epiſcopi magnæ ſanctitatis uiri, qui ſepultus Toloſæ, cœlo ſe uiuere multis uirtutibus indicat. Eodem die, paſſio ſanctæ Iuſtinæ uirginis. Huc ſpectat memoria beati Nathanaelis diſcipuli e Chana Galilææ, de quo Saluator, Ecce uerè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Et Nathanaelis Anachoretæ ab Heraclide celebrati.

CA-

Ayuntamiento de Madrid

CALENDIS DECEMBRIS, LVNA. 13. F

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 30 11 22 3 14 25 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ ſanctorum martyrum Diodori presbyteri, & Mariani diaconi, cum aliis pluribus, qui iubente Numeriano principe, martyrii gloriam celebrarunt, Diodorus autem Cæſarienſis epiſcopus ſcriptor egregius, tempore Valentis Imperatoris floruit. Maguntiæ beati Albani mar. Byzantii, ſanctæ Anatoliæ ſancti Hadriani mart. de quo ſexto idus Septembris. Narniæ, ſiue Bononiæ S. Proculi epiſcopi & mart. ſub Totila Rege Gothorũ. Item ſancti Mauri mar. In ciuitate Nouionenſi ſancti Eligii epiſcopi, cuius uitam ſigna multa commendãt, qui primò aurifex ſellam auream Clodoueo Regi fabricauit, unde & fabris equitum multæ uenerationis adhuc eſt. Romæ ſanctorum Chryſanthi, & Dariæ uirginis, hunc enim Polemius pater Alexãdrinus Dariæ formoſæ uirgini coniugarat, ipſe verò à Carpophoro epiſcopo inſtructus, cum ſponſa uirginitatem ſeruauit; à quibus complures ad fidem cõuerſi, deinde caſti, & in Chriſto coniugati cõſortes Numeriani Cæſaris iuſſu, ſub Celerino præſide, poſt equuleũ, ac lãpades in uia Salariæ arenario terrea mole obruti ſunt, ut ad cœleſtes nuptias tranſirent. Ipſo die ſancti Euaſii epiſcopi. Apud Senas ſancti Anſani mart. tempore Diocletiani, iuxta fluuium Arbiam iuſſu Lyſiæ decollati, à quo tunc, & Maxima uirgo fuſtibus cęſa martyr ad Dominum migrauit. Dies 1.

*Quarto nonas Decembris, Luna.* 2. G

19 1 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

M 3 Natale

Ayuntamiento de Madrid.

2 NAtale ſanctorum Seueri,& Securi fratrum, qui apud Aphricam ſub perſecutione Vandalica, martyrio coronati ſunt. Romę paſsio ſanctę Bibianæ uirginis, quę iubente Iuliano Imperatore ſacrilego, tamdiu plumbatis cæſa eſt, donec redderet ſpiritum; nam pater eius Flauianus in exilio; mater Derfoſa, & ſoror Demetria latentes in Chriſto quieuerāt. Fauſtus quoq; præſes cōuerſus, martyrio præceſſerat: ipſa autem apud palatium licinianum iuxta matrem, & ſororem ſepulta eſt à Ioanne presbytero. Item Romæ ſancti Pontiani martyris. Foro Cornelii, quæ nunc Imola eſt, beati Petri Chryſologi rhauennatis epi, moribus, doctrina, & miraculis clari.

A *Tertio nonas Decembris, Luna.*

20 2 12 23 4 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 9
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

3 ROmæ ſanctorum martyrum Claudii tribuni, & uxoris eius Hilariæ, ac filiorum eius Iaſonis, & Mauri, cū aliis ſeptuaginta militibus in paſsione Chryſanti, & Dariæ conuerſorum, ex quibus Claudius cū ingenti ſaxo iuſſu. Numeriani merſus eſt in mare, filii aūt, & milites capitali ſnīa puniti. Tingi Mauritaniæ metropoli paſsio ſancti Caſsiani, qui exceptoris officio renuncians, ne contra Chriſtianos ſęuiret, cū eis ſimul triumphum obtinuit martyrii. Eodē die beati Lucii Britanniæ Regis à Timotheo Pauli apoſtoli diſcipulo baptizati.

10. B *Pridie nonas Decembris, Luna.*

21 3 13 24 5 16 27 8 19 1 11 22 3 14 25 6 17 28 10
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

4 APud Pontum beati Meletii epiſcopi, item alterius Meletii epiſcopi Antiochiæ, qui de Sebaſta Armeniæ, non ſolum eruditione illuſtris, ſed et vitæ ſynceritate magnus extitit. Alexandriæ ſancti Clementis

Clementis presbyteri, qui in ſacræ doctrinæ ſcholis quàm maximè floruit. Nicomediæ ſanctæ Barbaræ uirginis, & martyris à Dioſcoro patre decollatæ, imperante Maximino, quæ ab Origene per literas, nuncio Valentino presbytero inſtructa, & ab eodem baptizata perhibetur. Romæ ſub Galeno ſanctorum Symphoriani, & Olympii tribuni, qui cũ uxore Exuperia, & filio Theodolo conuerſus eſt à Symphoriano. Coloniæ ſancti Hannonis antiſtis. Item beati Hoſimundi Satisbergenſis epiſcopi Anglici à Calisto tertio canonizati. Itẽ tralatio ſancti Benedicti abbatis. Item ſancti Bernardi epiſcopi Parmenſis.

*Nonis Decembris, Luna.* C

2 2 4 14 2 5 6 17 28 9 20 2 12 23 4 15 26 7 18 29 11
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ, uia Ardeatina ſanctorum Aureliani, & Sẽpronii pręfectorũ, quos Maximus tribunus ſerra ſecari iuſsit: hos autem Pelinus Brũduſii epiſcopus conuerterat, qui ſub Iuliano apoſtata apud Corphinium, cum Martis templum ſubuertiſſet, à Pontificibus confoſſus eſt. Poſtridie Sebaſtius, & Gorgonius eius ſocii obtruncati, Cyprius autem dimiſſus Brũduſii epiſcopus electus Pelinio Baſilicam erexit. In Aphrica apud Coloniã Thebeſtinã ſanctæ Criſpinę uirginis, quæ temporibus Diocletiani, & Maximiani, cum ſacrificare noluiſſet iuſſu Anolini procõſulis decollata eſt. Apud Ticinum Italiæ ſancti Dalmatii epiſcopi, & martyris. Treueris ſancti Nicetii epiſcopi, qui in Baſilica ſancti Maximiani epiſcopi iacet, ſanctimonia celebris. Ciuitate Tagora ſanctorum Iulii, & Potamiæ. Sabalaſſo in Cappadocia, ſancti Sabbæ abbatis. Niceæ, ſancti Baſsi epiſcopi, & martyris; qui duobus clauis à plantis pedum, ad uerticem transfixus interiit ſub Decio.



Ayuntamiento de Madrid

17.G Octauo idus Decembris, Luna.

23 5 15 26 7 18 29 10 21 3 13 24 5 16 27 8 19 1 12
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

6 APud Myrrham metropolim Lyciæ, S. Nicolai epiſcopi, ciuis Pataræ eiuſdem prouinciæ, de quo inter plura miraculorum inſignia, illud memoria dignum refertur, quòd Conſtantinum Imperatorem ab interitu quorundam longè conſtitutus ad miſericordiam, & monitis per uiſum deflexit, & minis: quieuit autem in ſenectute bona anno Domini 358. In Aphrica ſanctarum uirginum Dionyſiæ, Dacianę, Leontiæ, Aemiliani medici, Tergii, Bonifacii, Seruilii, Victoris, & Maiorii adoleſcentis, qui omnes pro confeſſione fidei catholicæ, perſecutione Vandalica, ſub Hunerico Rege Arriano grauiſſimis ſuppliciis excruciati, confeſſorum Chriſti numero adſcripti ſunt. Spectat huc Nicolai Papæ memoria in pauperes munifici, cuius tempore corpus beati Clementis Papæ, à Scythia Romam relatum eſt.

7. E Septimo idus Decembris, Luna.

24 6 16 27 8 19 1 11 22 4 14 25 6 17 28 9 20 2 13
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

7 MEdiolani, ordinatio S. Ambroſii epiſcopi, cuius ſanctitate, ac doctrina uniuerſalis Eccleſia decoratur. Alexandriæ beati Agathonis militis ſub Decio, qui cũ aſſiſteret ſanctis pro Chriſto certantibus, inter quos erant Iulianus, & Eunus, & prohiberet quoſdam illudentes cadaueribus martyrũ, clamore uulgi ſublato, Iudici oblatus, & in cõfeſsione perſiſtens, cũ iis, quos tutabatur palmã recepi. Fuit & alius Agathõ abbas ĩ Aegypto eximia charitate, labore, taciturnitate, ac parſimonia inſignis, de quo in uitis patrum. In Pago Meldicenſi, S. Pharę uirginis tẽporibus Heraclii Imperatoris. Apud Santonas beati Eutropii confeſſoris diſci-

diſcipuli ſancti Martini Turonenſis epiſcopi, qui in cœnobio,quod ipſe conſtruxerat,quieuit.Spoleto ciuitate ſancti Sabini epiſcopi. Item Genebandi epiſcopi Laudunenſis à beato Remigio conſtituti.

*Sexto idus Decembris*, Luna. F

25 7 17 28 9 20 2 12 23 5 15 26 7 18 29 10 21 3 14
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

CONceptio beatiſsimæ uirginis Mariæ genitricis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Romę beati Eutychiani Papæ,ſub Aureliano Imp.ſepulti i cœmeterio S.Caliſti, qui 342.martyres ſepelierat. Alexandriæ Macarii martyris, qui ſub Decio nullis perſuaſionibus flexus,cum Chriſtum conſtantiſſimè cõfiteretur, viuus exuri iuſſus eſt.Veronæ S.Zenonis epiſcopi,qui claruit temporibus Galeni,cuius filiã à Dęmonio liberauit.Item S.Martini abbatis. Cœnobio Luxouienſi beati Romarici abbatis.In agro Lugdunenſi beati Leonardi confeſſoris. Treueris S.Martini epiſcopi, primi ex ſeptuaginta duobus diſcipulis. 8

*Quinto idus Decembris*, Luna. 15.G

26 8 18 29 10 21 3 13 24 6 16 27 8 19 1 11 22 4 15
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

NAtale S.Leocadiæ uirginis,quæ imperante Diocletiano,apud Toletũ,ſub præfecto *Hiſpanię* Daciano,diri carceris cuſtodia macerata, cum grauiſſimos beatæ Eulaliæ, & reliquorũ martyrũ cruciatus audiuiſſet,genibus in oratione flexis, impollutũ Chriſto ſpiritum reddidit.Ipſo die S.Cypriani abbatis petragorici,ſãctimonia,& miraculis cõſpicui.In Aphrica ſanctorũ Petri,Succeſsi, Baſiini,Porphyrii, & Vrbani martyrũ. Item beati Syri Papiẽſis epiſcopi diſcipuli beati Hermagorę Aquileenſis epĩ in ędeſanctorum Geruaſii, & Protaſii, quam ipſe condiderat, ſepulti. Fuit & Syrus martyr Alexandriæ ſub Decio. 9

Item

Item Syrus, Paulus, & Eſaias monachi apud Scythopolim. eodẽ die S. Proculi quarti epiſcopi Veronenſis, tempore Maximini Imperatoris.

4. A *Quarto idus Decembris, Luna.*

27 9 19 1 11 22 4 14 25 7 17 28 9 20 2 12 23 5 16
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

10 APud Hiſpalim, ſanctorũ Carpophori presbyteri, & Habũdii diaconi, qui perſecutione Diocletiani, primò fuſtibus cæſi, inde in carcere, cibo, potuq; interdicti, rurſus in equuleo torti, diuq; uinclis afflicti, tandem gladio percuſsi ſunt. In Hiſpanię ciuitate Emerita, paſsio S. Eulaliæ uirginis, quę iuſſu Daciani p̃ſidis, equuleũ, ungulas, faces ꝑpeſſa, demũ hauſto igne ſpiritum reddidit. In eadem urbe ſanctæ Iuliæ martyris, quæ fuit beatę Eulalię comes in diuidua. Romæ ſancti Melchiadis Papę, & martyris. Apud Leontinos in Sicilia, ſanctorum militum uiginti martyrum quorum unus Mercurius dicebatur, ſub Tertyllo p̃ſide, Licinio imperante, qui à ſanctis Alphio, Philadelphio, & Cyrino conuerſi fuerant.

B *Tertio idus Decembris, Luna.*

28 10 20 2 12 23 5 15 26 8 18 29 10 21 3 13 24 6 17
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

11 ROmæ, S. Damaſi Papę, qui ſcripta Diui Hieronymi probauit; ad quem Pontificum geſta ſcripſit, & Pſalmodias, & Gloria p̃ri primus edidit. Itẽ paſsio S. Thraſonis, qui cũ eſſet chriſtianiſsimus iuſſu Maximiani tentus eſt, ac cum aliis duobus Pontiano, & Prætextato, martyrio coronatus eſt. Hic ſanctis in uincla coniectis, aut ad metalla damnatis, uictum miniſtrabat per beatum Siſinnium, & Cyriacum diaconos, quos Marcellus Papa ad hoc opus conſecrarat. Ciuitate Ambianis, ſanctorum Fuſciani, & Victorici, in quorum nares, & aures iuſſit Rictioua-

ctiouarus pręſes immitti ſudes ferreas, & clauis can dentibus tempora transfigi, deinde oculos euelli,& eorum corpora confodi: Inde cum ſancto Gentiano eorum hoſpite obtruncari. In Hiſpaniis, ſancti Eutychii, cuius geſta habentur. Item ſancti Sauini Placentini epiſcopi, de quo meminit diuus Gregorius.

*Pridie idus Decembris, Luna.* 12. C

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 29 | 11 | 21 | 3 | 13 | 24 | 6 | 16 | 27 | 9 | 19 | 1 | 11 | 22 | 4 | 14 | 25 | 7 | 18 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

NArbonę, beati Pauli Sergii ex Papho Cypri, quē Paulus apoſtolus ordinatū eidem urbe deſtinauit Antiſtitem, qui cum eodem apoſtolo ad Hiſpaniam prædicandi gratia pergens, ibi relictus, prædicationis officio expleto, clarus miraculis quieuit. 12

Alexandriæ, ſanctorum Epimachi, & Alexandri, diu uinculis, & ſuppliciis uexati, perdurantes in fide, ignibus tandem conſumi iuſsi ſunt. Item apud Emeritam urbem ſanctorum martyrum, Hermogenis, Donati, & aliorum uigintiduorum. In pago Viniacenſi, ſancti Valerici abbatis. Item Alexandriæ ſanctarum mulierum, Ammonariæ, Mercuriæ, Dionyſiæ, &, Ammoniæ, quæ inauditis tormentorum generibus ſuperatis, ferro cæſæ ſunt; ut ſcribit Dionyſius. Sauraniæ in Cappadocia, tempore Diocletiani, ſub Lyſia ſanctorum martyrum Auxētii decollati, Mardarii candentis ferri uerbere interēpti. Itē Sebaſtiæ ſub Agricolao Sāctorū Oreſtis, & Euſtratii incēdio cōſumptorū, Eugenii, & aliorū decollatorū.

*Idibus Decembris, Luna.* 1. D

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 12 | 22 | 4 | 14 | 25 | 7 | 17 | 28 | 10 | 20 | 2 | 12 | 23 | 5 | 15 | 26 | 8 | 19 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

S*Yracuſis in Sicilia ſanctæ Luciæ uirginis*, ſub perſecutione Diocletiani, quam cum Lenones corrumpere iuſſu Paſchaſii cōſulis uellēt, nullatenus eā mouere 13

uere potuerunt, nec funibus, nec boum paribus pluribus. denique picem, reſinam, oleumq; feruens illæſa ſuperauit; tandem gladio in guttur merſo, mortua non eſt donec Dominici corporis, & ſanguinis ſacramenta ſumpſit. Item ſancti Vrſini martyris. Ipſo die S. Autberti Cameracenſis epiſcopi.

In pago pōtino beati Iudoci filii Regis Britonū peregrini, & eremitæ. In caſtro Laudunenſi ſanctæ Otiliæ uirginis, quæ cùm cæca nata fuiſſet, ab Erardo Bauariæ epiſcopo baptizata uiſum recepit, & in monaſterio à Patre conſtructo uirginibus præfuit, & durè uixit: unde in feſto ſanctæ Luciæ celebratur, quod utraque oculorum ſaluti ſit propitia.

E *Decimo nono Calendas Ianuarij, Luna.*

2 13 23 5 15 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 16 27 9 20
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

14 APud Cyprū, natale beati Spiridonis Thremithūtis epiſcopi, qui unus fuit ex illis confeſſoribus, quos Maximianus dextris oculis effoſſis, & ſiniſtro pollice ſucciſo, per metalla damnauerat; hic cū propheticam duceret uitam, etiam ſignorum gloria inclytus fuit. Alexandriæ, ſanctorum martyrū Heronis, Arſenii, Iſidori, & Dioſcori pueri, quos iudex ſub perſecutione Deciana uariis tormentis dilaniās cum pari conſtantia uideret armato, ignibus tradi iuſſit; Dioſcorus uero multipliciter flagellatus, diuino nutu ad conſolationem fidelium dimiſſus eſt. Antiochiæ ſanctorum Druſi, Zozini, & Theodori. Remis paſsio ſancti Nicaſii epiſcopi, & Eutropiæ uirginis ſororis eiuſdē ſub pſecutione Vādalica. Neapoli ſancti Angeli abbatis. Viennę ſancti Lupicini epi.

15. E *Decimo octauo Calendas Ianuarij, Luna.*

3 14 24 6 16 27 9 19 1 12 22 4 14 25 7 17 28 10 21
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

In

IN Aphrica beati Valeriani epiſcopi, qui octogeſimum agens annum, ſub perſecutione Vandalica extra ciuitatem ſolus expulſus, omniq; domus, & agri hoſpitio iuſſu Genſerici interdictus in quadriuiis ſub dio habitans, in confeſsione catholicæ ueritatis curſum beatæ uitæ compleuit. In agro Aurelianenſi ſancti Maximi abbatis. Romæ ſanctorum martyrum Hirenei, Antonii, Theodori, Saturnini, Victoris, & aliorum ſeptemdecim, qui cum beata Luceia uirgine, & Anceia rege Perſarum, quē ipſa ad Christi fidem conuertit, ſub Aelio præfecto glorioſum martyrii curſum conſummauerunt, Diocletiano imperante; quorum memoriam nonnulli poſtridie, alii octauo calendas Iulii recolunt.

*Decimo ſeptimo Calendas Ianuarij, Luna.* G

4 15 25 7 17 28 10 20 2 13 23 5 15 27 8 18 29 11 22
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

BAbylone trium Puerorum Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis, iuſſu Nabuchdonoſor Regis, in fornacem miſſorum, quos ignis non læſit, quorum corpora ſub quadam ſpecu poſita ſunt. In Thuſcia ſanctæ Barbaræ uirginis ſub Maximiano imperatore, quæ poſt uincla, neruos, lampades, mammillas præciſas, aliosq; cruciatus, gladio cæſa martyrium peregit. Rhauennæ ſanctorum Valentini, Noualis, & Agricolæ. Apud Spoletum Meletii epiſcopi. 16

Apud Gazā Syriæ ſanctorum Floriani, Calanici, & aliorum quadraginta martyrum ſub Sarracenorū perſecutione, tempore Heraclii paſſorum.

*Sexto decimo Calendas Ianuarij, Luna.* 17. A

5 16 26 8 18 29 11 21 3 14 24 6 16 27 9 16 1 12 23
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 17

TRalatio ſancti Ignatii epiſcopi, & martyris, qui tertius poſt Petrum apoſtolum Antiochenā rexit

Ayuntamiento de Madrid

xit Eccleſiã:hic Romę ſub Traiano,poſt multiplices cruciatus,à duobus Leonibus præfocatus eſt, inde re portatus Antiochiã. Marſiliæ beati Lazari, quẽ Dñs ſuſcitauit à mortuis. Itẽ beatæ Marthæ ſororis eius.

Apud Heliopolim Syriæ ſanctorum martyrũ quinquaginta,qui ſub Sarracenis Nabatheis paſſi ſunt *Heraclio imperante* . eodem die Begeæ viduæ ſororis ſanctæ Gertrudis memoria.

6. B *Quintodecimo Calendas Ianuarÿ* , *Luna.*

6 17 27 9 19 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 24
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

18 APud Macedoniam ciuitate Philippis, ſanctorum martyrum Ruffi,& Coſmi,qui ex eo numerõ diſcipulorũ fuerãt,ꝑ quos primitiua Eccleſia inter Iudæos,& Græcos fundata eſt;de quorũ ẽt felici agone ſcripſit ſanctus Polycarpus ĩ epiſtola ad Philippẽſes. In Aphrica s.Moyſetis mart.Turonis, S.Gratiani epi primi,qui ex vrbe Roma tranſmiſſus, multis clarus miraculis, ibi in pace quieſcit. Eodẽ die ſanctorũ Anatholiæ,& Victorię virginũ,& martyrũ ſub Decio. Feſtũ beatæ uirg. octauo ante Saluatoris natalẽ die ab Alfonſo toletano epiſcopo inſtitutum.

C *Quartodecimo Calendas Iannarÿ*, *Luna.*

7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 18 29 11 21 3 14 25
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

19 IN Aegypto beati Nemeſii mart.qui latrocinii falsò iſimulatus,ſub Geminiano iudice,mox vt Chriſtianus cum latronibus iuſſus eſt incẽdi, vt Saluatorẽ,qui cũ latronibus crucẽ pertulit,imitaretur. Niceæ S.Darii mart.Antiſiodori , S. Gregorii epiſcopi in æde ſancto Germano dicata ſepulti . Aureliani S. Adiuti abbatis ſpiritu ꝓphetico illuſtris. Alexãdriæ Clemẽtis pſbyteri, qui in diuinarũ eruditionũ ſcholis,quàm maximè floruit. de quo Hieronymus.

Tertio

Ayuntamiento de Madrid

*Tertiodecimo Calendas Ianuarij, Luna.* 14.D

8 19 29 11 21 3 14 24 6 17 27 9 19 1 12 22 4 15 26
A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t

ALexandriæ, beatorum martyrum Ammonis, Ze- 20
nonis,Ptolemæi,Eugenii,& Theophili,qui tribu
nalibus aſtantes, cum quidam chriſtianus in ſup
plicijs poſitus trepidando vacillaret, vultu, oculis,
ac nutu conabantur illũ erigere, unde ſublato popu
li in eos clamore,in medium prorumpẽtes, ſeq; Chri
ſtianos profeſsi ſunt, & palmam uictoriæ adepti. In
Thracia ciuitate Gelduba S.Iulii mart.In Amphicia
ſanctorum Liberati,& Gregorii epiſcopi.Romæ ſan
cti Zepherini epiſcopi.In oriente ſanctæ Theclæ uir-
ginis,& uigilia beati Thomæ apoſtoli.

*Duodecimo Calendas Ianuarij, Luna.* 3.

9 20 1 12 22 4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 27
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

N*Atale beati Thomæ apoſtoli,* qui Parthis, Medis, 21
Perſis,Germanis,Hircanis,Bactris,& Magis euã
gelium cùm prędicaſſet,paſſus eſt in India,unde
poſtea tralatus eſt in urbem Ediſſam. In Thuſcia ſan
ctorum Ioannis, & Feſti. Catalaunis, tralatio ſancti
Meminii primi epiſcopi,cuius ſepulchrũ celebre fuit
miraculis.Heracleæ,ſancti Baſſi mart.Treueris,s.Se-
uerini epiſcopi: Huc referendi ſunt S.Dionyſius, &
Pelagia regia puella, quos Thomas apoſtolus Ha-
drianopoli conuerſos in uirginitate permanere hor
tatus eſt;ex quibus ille epiſcopus fuit; hæc autẽ poſt
epiſcopi obitum,ob Chriſti fidem,ac pudicitiá tuen
dam decollata eſt,& uiro contumulata.

*Vndecimo Calendas Ianuarij, Luna.* F

10 21 2 13 23 5 16 26 8 19 29 11 21 3 14 24 6 17 28
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

Romæ

Ayuntamiento de Madrid

22 ROmæ,uia Labicana inter duas lauros,ſanctorum triginta martyrũ,qui omnes una die perſecutione Diocletiani martyrio coronati ſunt.Alexandriæ s.Scyronis martyris,qui blanditiis, & iniuriis contẽptis,ſacrificare Diis recuſans , tranſuerberatus eſt.Hoſtiæ,ſanctorum Demetrii,Honorati,& Flori. Ipſo die quamplurimorum martyrum ſub Deciana perſecutione,qui per Aegypti deſerta errantes,partim fame,ſiti, & algore defecerunt; partim latronibus,aut feris præda fuerunt . Inter quos Cheremon Nicopolis epiſcopus,cum grandeua coniuge ad Arabicos montes exul,nuſquàm poſtea inuentus eſt.Eodem die.s. Theodoſiæ uirg.& mart.& Didymi monachi.Item tralatio S.Iſidori epi hiſpalenſis , fratris beati Leandri ,ex Hiſpali ad Legionẽſem urbẽ.

B *Decimo Calendas Ianuarij, Luna.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 11 | 22 | 3 | 14 | 24 | 6 | 17 | 27 | 9 | 20 | 1 | 12 | 22 | 4 | 15 | 25 | 7 | 18 | 29 |
| A | b | c | d | e | f | g | h | i | K | l | m | n | o | p | q | r | ſ | t |

23 NIcomediæ ſanctorum martyrum uiginti , quos Diocletiana perſecutio grauiſſimis ſuppliciis cruciatos,Chriſti martyres fecit , & ſanctorum numero in cęlis coniunxit.Romæ , ſanctæ Victoriæ uirginis ſub Decio , quæ deſponſa cuidam pagano Eugenio,tàm nubere,quàm immolare recuſans, poſt miracula,& plurimas uirgines cõuerſas,percuſſa eſt à carnifice,rogatu ſui ſpõſi;Taliarchus uerò percuſſor eius leproſus factus , infra ſex dies conſumptus uermibus expirauit. In eadem conſtantia fuit Anatholia , quæ Aurelio ſponſo contempto uirgo permanſit , cuius exemplum Victoria ſecuta eſt . Item Romæ beati Seruuli , qui Paralyticus in porticu S. Clementis iacebat:cuius tumulus miraculis claruit; de quo Gregorius . Eodem die Dagoberti Francorũ Regis memoria.

Nono

Ayuntamiento de Madrid

*Nono Calendas Ianuarij, Luna.* 19.A

12 23 4 15 25 7 18 28 10 20 2 13 23 5 16 26 8 19 1

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

VIgilia natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Apud Antiochiā Syriæ, ſanctarū uirginū quadraginta, quæ ſub perſecutione Deciana, per diuerſa tormēta martyriū cōſūmauerūt. Spoleti in Thuſcia, 24 s.Gregorii pſbyteri, & mar. tēporibus Diocletiani, & Maximiani imperatorū, qui ſub Flacco pſide, primum nodoſis fuſtibus cæſus, inde poſt craticulam, & carcerē, cardis ferreis ignitis incenſus, ſed & facibus lateratim exuſtus, tandē in Amphitheatrū tractus, ac decollatus eſt; deinde corpus feris expoſitū, & intactum manſit. Apud Tripolim. s.Luciani confeſſoris.

*Octauo Calendas Ianuarij, Luna.* B

13 24 5 16 26 8 19 29 11 22 3 14 24 6 17 27 9 20 2

A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ANno à creatione Mundi, quando in principio 25 Deus creauit cœlum, & terram, quinquies milleſimo, centeſimo, nonageſimo nono, qui annorum numerus cōplebatur in proximè ſequentis Martii die uigeſimo; in illa enim die creatus eſt Mūdus; à diluuio uerò anno bis milleſimo, nongenteſimo, quinquageſimoſeptimo, qui numerus cōplebatur ſeptemdecima die ſequentis Aprilis. A natiuitate Abrahæ, anno bis milleſimo quindecimo. A Moyſe, & egreſſu populi Iſrael de Aegypto anno milleſimo, quingenteſimo decimo. Ab unctione Dauid in Regē anno milleſimo, triceſimo ſecundo. Olympiade centeſima nonageſima tertia completa. Ab orbe Roma condita anno ſeptingenteſimo, quinquageſimoſexto. Hebdomada ſexageſimatertia iuxta Danielis prophetiā. ſcilicet anno quadringēteſimo, quadrageſimo, uel circa. Anno imperii Octauiani Auguſti

N qui-

Ayuntamiento de Madrid

quadrageſimoſecundo,ſexta mũdi ætate,ianuis clauſis,toto orbe in pace compoſito,Chriſtus Ieſus æternus Deus, æternique Patris filius, Mundũ uolẽs ſuo aduentu piiſſimo conſecrare, de Spiritu ſancto cõceptus,nouemq; poſt conceptionẽ decurſis menſibus, IN BETHLEEM IVDAE NASCITVR, EX MARIA VIRGINE FACTVS HOMO. Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecũdũ carnem. Eodem die Sanctæ Anaſtaſiæ, quæ tẽpore Diocletiani,primò dirã cuſtodiã à uiro ſuo Publio perpeſſa eſt, in qua tamẽ à Chryſogono cõfeſſore Chriſti multũ conſolata,& confortata eſt;deinde à præfecto Illyrico diu carcere macerata, & ad palos extẽſa,in ignẽ demum conſumpta eſt, in inſula Palmaria,in quã tranſuecta fuerat cum ducẽtis uiris, & ſeptingẽtis fœminis,qui uario interitu martyrium celebrauerunt. Romæ,in cœmeterio Aproniani, ſanctę Eugeniæ uirginis, quæ tẽpore Galeni Imperatoris, cum orando Dianæ ſimulacrũ contriuiſſet, poſt uirtutum inſignia, poſt ſacros uirginũ choros, ſub Nicetio urbis præfecto,pro Chriſto diu agonizans, in Tyberim cum ſaxo alligato demerſa, inde Thermis feruentibus incluſa,tandem gladio iugulata, in uia latina ſepulta eſt; hæc filia fuit Philippi Alexãdriæ pfecti,ex Claudia & ſoror Auiti & Sergii, à quibus mater,poſt ſororis martyriũ,tumulata fuit iuxta filiam. Philippus autem antea epiſcopus Alexandriæ, martyrio coronatus fuerat idibus Septembris.

8. C *Septimo Calendas Ianuarij, Luna.*

14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 4 15 25 7 18 28 10 21 3
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

26 H*ieroſolymis natale ſancti Stephani Leuitæ, ac protomartyris*, qui à Iudeis non longè poſt Aſcenſionem Domini lapidatus eſt,eodẽ ſcilicet anno; huius

ius corpus tēpore Honorii principis diuina reuelatione repertum eſt. Romæ uia appia, ſancti Dionyſii papæ, qui fidei documētis, ſub Claudio Imperatore claruit, hic Eccleſias, & Parochias presbyteris diuiſit, & Diœceſes conſtituit. Item Zoſymi papę, qui cę rei paſchalis benedictionē inſtituit. Eodē die, beati Martini pueri, ac martyris Romæ ſub Martiano Imperatore paſsi, qui cæſus, diſtentus, laniatus, craticula toſtus, ſartagine & aheno picis tentatus, pmāſit illæſus, feris expoſitus eas reddidit manſuetas; rurſus ex camino ignis ſoſpes eductus, ac tandē decollatus ad præmia properauit æterna.

*Sexto Calendas Ianuarij, Luna.* D

15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 5 16 8 10 19 29 11 22 4
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

APud *Epheſum, natale ſancti Ioannis apoſtoli, & euangeliſtæ*, qui poſt relegationem, poſt euangelii deſcriptionem, poſt Apocalypſis diuinam reuelationem, vſq; ad Traiani principis tempora pſeuerās totius Aſiæ fundauit, rexitque Eccleſiā, & cōfectus ſenio, ſexageſimo octauo Paſsionis Dñi anno, ætatis autē ſuæ nonageſimo nono defunctus, & iuxta eandē urbem ſepultus eſt. Alexādriæ ſancti Maximi epiſcopi clari, ac celebris. Fuit & alius Maximus Taurinēſis epiſcopus, tēpore Honorii, q multa ſcripſit, de quo Gennadius. Apud Aquileiā, beati Zoili presbyteri, qui cū beatum Chryſogonū ſepeliſſet, trigeſimo ab eius paſſionis die, migrauit ad Dominum. 27 16. E

*Quinto Calendas Ianuarij, Luna.*

16 26 8 19 29 11 22 3 14 25 6 17 27 9 20 1 12 23 5
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t 28

IN *Bethleē Iudæ, eiuſq; finibus natale ſanctorū Innocētū*, iuſſu Herodis Regis interfectorū. Ancyrę in Galatia, ſanctorū Eutychii pſbyteri, & Domitiani dia-



Ayuntamiento de Madrid

coni. In Aphrica ſanctorum Caſtoris, Victoris, & Rogatiani. Eodē die beati Elphegii cantuarienſis epiſcopi, & martyris, Henrico ſecundo imperante. Apud Niuiſiam ſanctorū Eutychii, & Florētii ſeruorū Dei, uirtutibus inſigniū, de qbus Gregorius in dialogis.

5. F *Quarto Calendas Ianuarij, Luna.*

17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18 28 10 21 2 13 24 6
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

29 CAntuariēſi ciuitate, in Anglia ſancti Thomæ antiſtitis, & martyris, qui ob defenſionem eccleſiæ in Baſilica ſua gladio percuſſus, migrauit ad Chriſtum, Federico primo imperante.

Hieroſolymis, Dauidis Regis, & prophetę. Apud Arelatum, ſancti Trophimi, de quo Paulus ad Timotheum ſcribens meminit; & qui ab eodem apoſtolo epiſcopus præfatæ urbis ordinatus eſt, ut primus Euangelium prædicaret, à quo, ut Zoſymus Papa, ſcribit, tota Gallia fidei riuulos accepit. In pago Ozymenſi, ſancti Ebrulfi abbatis. Romæ ſanctorum Bonifacii epiſcopi, & Felicis confeſſoris. Bituricis, ſancti Vrſini primi epiſcopi. Item Perpetui Pontificis; & Dauidis monachi apud Hermopolim.

G *Tertio Calendas Ianuarij, Luna.*

18 29 10 21 2 13 24 5 16 27 8 19 29 11 22 3 14 25 7
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

30 APud Spoletum, ſanctorum Sabini epiſcopi, Exuperii, & Marcelli diaconorum, & Venuſtiani, cum uxore, & filiis ſub Maximiano imperatore, ex quibus Marcellus, & Exuperius equuleo ſuſpenſi, fuſtibus macerati, ungulis abraſi, & facibus aduſti martyrium compleuerunt; Venuſtianus autē nō multò poſt uirā cū uxore, & filiis gladio necatus eſt Aſiſii; ſabinus uerò cùm Ionis imaginem ex coriſio in terrā alliſiſſet, poſt manuū detrūcationem, & diutur-

diuturnum carcerẽ ad mortẽ uſque cęſus eſt; quorũ in diuerſis tẽporibus paſſorũ memoria hodie ſimul reco lit. Alexãdriæ, ſanctorũ Mãſueti, & aliorũ decẽ. Romæ S. Laberii Cannenſis epiſcopi, quem Hadrianus imperator multis affictũ tormentis, gladio interfici iuſsit; Paſſa eſt cum eo mater ipſius Euanthia, & Cerberus, quẽ ipſe cõuerterat, & Felix. Eodẽ die Tralatio Iacobi apoſtoli maioris ab Hieroſolymis ĩ Galatiã Hiſpaniæ. Romæ, S. Felicis tertii Papę.

*Pridie Calendas Ianuarij, Luna.* 13.A

19 30 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 8
A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t

ROmæ, *natale ſancti Sylueſtri papæ*, qui cùm perſecutionis procellam deuitans, apud Soractem montem lateret, inde accerſitus, Conſtantinũ imperatorem adeo benè affectum inuenit, & erga Chriſti Eccleſiam expertus eſt munificũ, ut meritò, & mirũ in modum in conſpectu regum glorificatus dici, & appellari poſsit; & ſepultus iacet in cœmeterio Priſcillæ. Apud Sennonas beatornm Sabiniani, & Potentiani epiſcoporum ex numero ſeptuagintaduorũ diſcipulorum, qui à Pontifice Romano ad prædicandum miſsi, eandem Metropolim martyrio illuſtrẽ fecerunt; poſt quos ibidem paſsi ſunt Altinus, Serotinus, & Edoardus. In eadem urbe ſanctæ Columbæ uirginis, ſub Aureliano imperatore; quæ ſuperato igne, gladio cæſa eſt. Retiariæ, beati Hermetis exorciſtæ. Itẽ Odilonis abbatis cluniacenſis, qui floruit Othone tertio imperante. Rhauennæ, beati Barbatiani presbyteri, qui cum Timotheo ex Antiochia migrauerat, tempore Valentiniani. 31

Et alibi aliorum plurimorum ſanctorũ Martyrum, Confeſſorũ; atq; ſanctarũ Virginum, Deo gratias.

N 3 Topo-

Ayuntamiento de Madrid

Opiscopus cabillonensis. hodie xalon en Francia, Mariana lib. 16. cap. 6.

Ayuntamiento de Madrid

# TOPOGRAPHIA SANCTORVM CHRISTI MARTYRVM,

PER PRIMVM CABILVNENSEM Epiſcopum, ac Theologum.

*Anno ſalutis M CCCC L olim compoſita. Et nunc demum recognita.*

ANTIOCHIA Syrię ciuitas iuxta Orõtem fluuium, hic Petrus Apoſtolus Theophili præfecti filio ante annos quatuordecim defuncto reſuſcitato, in cathedra exaltatur epiſcopus, vbi ſeptẽ annos præfuit, vnde Romam proficiſcens Euodium ſibi ſubſtituit, vel Zacchæum, vt ſcribit Ignatius, qui in eadem vrbe tertius poſt Petrũ ſedit, diſcipulus Ioannis apoſtoli, ſcriptor epiſtolarum, & Romæ poſtmodum feris expoſitus, vndecimo Traiani anno; Hic anno ſalutis 272. Synodus contra Paulum Samoſetanum epiſcopum congregatur; Hic magna multitudo martyrum.

Archelaïs ciuitas Paleſtinæ; Hic anno ſalutis 1358. inſigne hoſpitale ab Equitibus Rhodiis ſtructum, à regibus Aegypti, & Syriæ, annuis olim eleemoſynis ſuſtentatum.

Agathoclis inſulæ duæ in Oceano Arabico. Hic Abegerin eremita miraculis clarus migrat.

Argentea regio litoralis, vltra ſinum Gangeticũ,



Ayuntamiento de Madrid

vbi ciuitas Samba. Hic Gregorius præſul euangelica doctrina, & miraculis clarus migrauit.

Anarium Armeniæ ciuitas, ſub origine Euphratis & Araxis fluuiorum. Hic decem, & quatuor milites martyres, quorum duces Kyrion, & Candidus, ſub Licinio Imperatore. Hic tempore Ludouici Frácorum Regis erant mille Eccleſiæ; Hic Abdias, & Mauricius epiſcopi in Meſopotamia fregerũt Idola Perſarum. Filiam Regis dæmoniacam curarunt. Sabinum militem uirum potentem conuerterunt, dilato in Perſia Chriſti cultu, & anno ſalutis 430. Theodoſio imperante, migrant confeſſores.

Aradripha, Mediæ ciuitas, iuxta Bragadæ fluuii originem. Hic Hippolytus, & Berillus epiſcopi, tempore Alexandri Imperatoris clarent, ſcriptores, Origenis Synchroni.

Adra Arabiæ Petreæ ciuitas. Hinc orti Coſmas, & Damianus martyres cum Leontio fratres, in Egea urbe coronati.

Adari ciuitas Arabiæ Felicis in litore ſinus Perſici. Hic Aluidarus Sarracenorum Rex conuertitur, & baptizatur, qui Eutychianus hæreticos irriſit, ſicut Angelum, ita Chriſtum ſine humanitate mori non potuiſſe aſſerens.

Ambrodax Parthiæ ciuitas. Hic, & in tota Parthia, Carmania, Aria, Margiana, Drangiana, Paropaniſade, Bracthiana, Gedroſia uſque ad mare Hircanum prædicauit Thomas apoſtolus.

Alexandria Ariæ ciuitas. Hic Bartholomæus apoſtolus coram Polemio Rege Berit, & Aſtarot dæmones coactos, ſimulacra confringere iuſsit.

Albana ciuitas Albaniæ in Aſia in finibus Armeniæ Maioris. Hic Bartholomæus apoſtolus Polemii Regis filiam lunaticam curat, Regem cũ familia, & populo

Ayuntamiento de Madrid

populo baptizat. Inde ab Aſtiage Polemii fratre excoriatus martyrium pertulit.

Apamia ciuitas Aſiæ Minoris iuxta Mæandrum fluuium. Hic Alexander, & Caius ſub Antonino Vero, martyres.

Ancyro metropolis Galatiæ. Hic Iacobus Zebedæi exordium prædicationis, locum tenens Ioannis fratris capit. Inde in Hiſpaniam profectus, ac reuerſus, Hieroſolymis interemptus. Hic Leontius epiſcopus, ad quem ſcripſit Ioannes Chryſoſtomus de conuerſione Sytharum. Hic ſancta Plata martyr. Hic Synodus fit ſub Agricolao epiſcopo, ante Nicenam.

Adramytium Aſię Minoris ciuitas litoralis, cōtra Lesbon. Hic Ariſtarchus Pauli apoſtoli diſcipulus. Hic Neſtor epiſcopus poſt plura tormēta crucifixus.

Alexandria Oziana iuxta Oxum fluuium, in Sogdiana prouincia Aſiæ. Hic Theodotinus Archiepiſcopus tempore Ioānis Chryſoſtomi, qui Byzātium accerſitus, & cōſultus, non auſus eſt condemnare Origenis libros, nec ipſi iniuriam inferre.

Antiphelus Lyciæ litoralis urbs. Hic Polycarpus epiſcopus tralatus, in Metropolim Thraciæ migrat confeſſor.

Aromata ciuitas Aethiopiæ ſub Aegypto. Hic Abafas epiſcopus migrat.

Artagypta ciuitas interioris Lybiæ. Hic Dionyſia cum filio Maiorico, & ſociis martyres, ſub Hunerico Vandalorum tyranno.

Arbis Aethiopiæ ſub Aegypto ciuitas. Hic Felix epiſcopus quadraginta annis paralyſim paſſus ſub Hunerico dicto martyr.

Adrumentū ciuitas Aphricæ Minoris. Hic uictoianus proconſul, Verolus, Secūdinus, & Serutlius, cum aliis uiginti martyres, ſub Hunerico prædicto,

Am-

Ayuntamiento de Madrid

Ammonis ciuitas in Aphrica ſupra Lepti. Hic Tertulianus in diuinis ſcripturis clarus, quem Cyprianus Carthaginenſis epiſcopus audiuit.

Autolalæ Getuliæ ciuitas in litore Oceani atlāti. Hic Pior pater ſex milium monachorum migrat confeſſor.

Arſinoe ciuitas Aegypti. Hic Serapion pater ſex milium monachorum migrat. Hic Theonas pater trium millium monachorum, qui 30. annos ſilentiū ſeruauit. Hic Eulogius presbyter, qui diuinabat hominum cogitationes.

Antinoi ciuitas in Aegypto. Hic Philemon Subdiaconus, & Arſela ſub Arriano præſide perempti, Diocletiano imperante. Hic prædictus Arrianus cōuertitur, & Diocletiani iuſſu, uiuus terræ infoſſus, miraculo ereptus, tyrannum increpans demerſus, delphini miniſterio exponitur ſepeliendus.

Alexandria ciuitas Aegypti. Hic Marcus euangeliſta primus ſedet epiſcopus, qui totā Aegyptū, & Lybiam conuertit; inde cum Petro Romam profectus. Aquileiam mittitur, ubi Eccleſiam inſtituit, ac Euangelium Latinè ſcripſit. Et rurſus Alexandriā miſſus, primo Neronis āno, die Paſchę funibus tractus martyr moritur, ut ait Hieronymus. Hic Dionyſius epiſcopus Origenis diſcipulus ſcriptor migrat ſub Galeno imperatore. Hic Pierius p̄sbyter doctrina clarus ſub Diocletiano. Hic Catarina uirgo Coſti Regis filia cū Porphyrio, & quinquaginta philoſophis martyr ſub Maxentio tyrāno. Hic Leontius p̄sbyter Origenis ſub Alexandro migrat. Hic Origenes, Clemens, Pantherius, Frumentius, Philon, & alii doctrina claruere. Hic Alexander, Anaſtaſius, & Cyrillus epi. Hic Petrus epiſcopus Cyreneus hæreſis Arrianę oppugnator, cuius auctoritatē ſecuti Gratianus,

Valen-

Valentianus, & Theodoſius imperatores, catholicam fidem profecti ſunt. Hic Athanaſius epiſcopus.

Athenæ Achaiæ ciuitas. Hic, & per totam Grçciã, & Illyriam prædicauit Paulus apoſtolus. Hic aram Deo ignoto dicatam cùm idem uidiſſet, Chriſtum prædicauit, ac Dionyſium inter cçteros Areopagitas conuertit, & epiſcopum inſtituit. Hic idem Dioniſius ſub Traiano martyr. Hic & Quadratus diſcipulus ſub Hadriano martyr. Hic Aegidius abbas oritur.

Abdera ciuitas Thraciæ. Hic Eutychus, Plautus, & Heraclius mar. Hic Ioannes Damaſcenus præsbyter oritur; cui per miraculum beatæ Virginis reſtituta manus, & ſub Theodoſio magno migrat confeſſor.

Adrianopolis, quæ & Trimontiũ, & Philippopolis Thraciç ciuitas, Hic Thomas Apoſtolus per Albanem Gundofori Regis Indorũ prçfectum, Gad Regis fratre reſuſcitato, Regem cum familia cõuertit, & baptizat; quod tamen in India factũ auctor ad hũc locum refert. Hic Philippus epiſcopus, Euſebius, & Hermes presbyteri mart. Hic Eutychius epiſcopus, qui Concilio Chalcedonenſi interfuit, migrat.

Auxuma ciuitas Aethiopiæ inter Meroen, & mare rubrum. Hic fuit Regia Candacis Reginæ: cuius Eunuchus à Philippo diſcipulo inſtructus, & baptizatus Reginam inſtruxit: unde chriſtiana fides ad eius poſteros propagata eſt.

Andropolis ciuitas Aegypti. Hic Cyprianus iunior Carthaginẽſis ep̄us ſub Vandalis exul migrat.

Acria littoralis ciuitas Peloponeſi iuxta Eurotã fluuium. Hic Demetrius naſcitur, inde Theſſalonicẽſis epiſcopus, ſub Maximiano mart.

Auguſta ciuitas Retiæ Vindelicorum. Hic gratias agit Deo Vdalricus ep̄us de conuerſione Liuoniæ

Seleſiç,

Ayuntamiento de Madrid

Seleſiæ,& Poloniæ.Hic Afra,cum matre Hilaria.Itē Cyriacus,Largus,Creſcentius,Euria,Fauſta, & Euila ſia ſub Maximiano martyres.Hic Philippus epiſcopus,ſub Antonino Vero mart.

Argentina Belgicæ Galliæ ciuitas.Hic Armogaſtus eorum epiſcopus,& mart.occumbit.

Aquiſgranū,ſeu Vetera.HicCarolus Magnus Francorum Rex,& Imperator, qui, domitis Sarracenis, fidem Chriſti dilatat,Eccleſias ædificat, tres hominum miliones baptizat;& plenus dierum confeſſor, anno ſalutis 837.migrat.

Ariminum ciuitas Italiæ . Hic Chriſtina uirgo in lacum Vulſinium demerſa mart.

Aſiſium ciuitas Italiæ, Hic Franciſcus ordinis Minorū inſtitutor naſcitur, & migrat glorioſus humilitatis profeſſor.

Aretium ciuitas Italiæ. Hic Laurentius , & Pergentinus pueri fratres,ſub Decio Imperatore martyres.Hic Satyrus ante Donatum,ſub Hilario,cum Iuliano apoſtata nutritus ſocius in religione, & ſub eo mart.

Aſta Colonia ciuitas Italiæ.Hic Caſsius Naruenſis,Fulgentius Vtricolenſis,& Cerbonius Populoniẹ epiſcopi ſub Totila Gothorum Rege mart.

Aquilea ciuitas Italiæ,quæ & Forum Iulium.Hic Marcus à Petro miſſus Euangeliū ſcripſit,& prædicauit . Hic Hermagoras primus epiſcopus à Petro ordinatus . Hic Gregorius , præſente Diocletiano mart.Hinc fuit Satyrus Hermagoræ diſcipulus Papienſis epiſcopus.Hinc & Cromatius Aquilenſis epiſcopus,Synchronus Heliodori Altinenſis epiſcopi, & ſancti Hieronymi,qui ad eorum inſtātiam martyrologium exorſus eſt.

Auiternum ciuitas Italiæ, Hic uictorinus epiſcopus

Ayuntamiento de Madrid

pus,ſub Nerua Imperatore martyr. anno 94.

Auguſta ꝓ̄toria ciuitas Italiæ. Hic Gracchus epiſcopus migrat. Hic Bernardus Archidiaconus de Monte Iura migrat confeſſor.

Attacum,uel Acium ciuitas Hiſpaniæ: Hic Torquatus epiſcopus,diſcipul⁹ Iacobi apoſtoli migrat. Alibi tamen legitur Gadium epiſcopus.

Agatha ciuitas Galliæ Narbonēſis. Hic Tiberius, Modeſtus,& Felicianus ſub Diocletiano martyr. Hic Roccus peregrinationis, & patientiæ exemplum.

Andumantunum ciuitas Belgicæ Galliæ,ſiue Sedunum. Hic legio Thebeorum martyrum ſub Maximiano à Marcellino Papa confirmatorum.

Arauſion ciuitas Narbonen. Galliæ. Hic alter Eutropius eps,qui dictus minor cū B. Maximino Aquēſi epo Tarraconenſem eccleſiam dedicauit, migrat.

Aquæ Sextiæ ciuitas Narbonen. Galliæ. Hic Maximinus epiſcopus ex numero ſeptuagintaduorum diſcipulorum migrat confeſſor. Hic Chelidonius epiſcopus,qui cæcus ille natus, à Chriſto illuminatus dicitur fuiſſe,migrat confeſſor.

Aluerniorum Colonia in Gallia Narbonēſi. Hic Ruffus epiſcopus frater Alexādri, & filius Simonis Cyrenei, qui baiulauit crucē Chriſti,de numero ſeptuagitaduorū diſcipulorū,moritur. Hic Petrus Luzemburgo Cardinalis clarus, migrat anno 1300.

Arelatū Narbonēſis Galliæ ciuitas. Hic Trophimus epiſcopus Pauli apoſtoli diſcipulus,qui Gallis lumē fidei dedit,migrat cōfeſſor. Hic S. Geneſius miles. Hic Hilarius epiſcopus. Hic Cæſarius epiſcopus Cabiluni ortus,migrat confeſſor. Hic Aegidius Athenienſis abbas moritur tempore Cęſarii epiſcopi.

Autricū ciuitas Galliæ Lugdunēſis. Hic Peregrinus ciuis Romanus à Sixto Papa epiſcopus ordinatur.

Marſus

Ayuntamiento de Madrid

Marſus presbyter. Concordanus diaconus. Contumarus ſubdiaconus. Genionus lector, qui ad Gallias per Maſsiliam, & Lugdunum uenientes, Eccleſiam, & Clerum ordinat. Hic ſanctus Amator epiſcopus Germanum epiſcopum ordinat. Hic Germanus Burgundiæ Dux epiſcopus, qui Rhauēnæ in Italia migrauit.

Antipolis ciuitas Galliæ Narbonenſis. Hic Hugo epiſcopus migrat confeſſor, ſub quo Bruno Colorienſis, canonicus. Remenſis ordinem Carthuſienſium fundat.

Auguſtodunum ciuitas Galliȩ Lugdunenſis. Hic Policarpus epiſcopus Smyrnȩ ſucceſſor beati Ioannis Apoſtoli miſit Benignũ, Andochium, & Tyrſum, qui Marſiliã, & inde Eduã ueniẽtes Symphorianum baptizant, & martirium ſub Diocletiano patiuntur. Hic ſanctus Leodegarius epiſcopus ab Ebronio oculis priuatur. Hic Photinus epiſcopus, qui ſub Conſtantio contra Nouatianos ſcripſit, migrat.

Ameria ciuitas Italiȩ in Sabinis. Hinc denominat auctor Sybillam Emeriã, quã alii Cimeriam uocãt ab obſcuritate loci, & in Nurcinis antris habitãtem, atque à Cumana, & à Tyburtina diuerſam.

Arduenna, ſiue Dardania Sylua illuſtris in Gallia Belgica, quæ multa caſtella, & oppida continet, & Cœnobia ord. ſancti Benedicti, ſcilicet S. Vberti Leodinenſis diœceſis, ſancti Cornelii Coloniẽſis diœceſis: Aliud quoque Treuerenſis.

Aegyptus ſuperior. Hic Antonius ex Aegypto inferior tranſmigrans habitauit, cuius uitã ſcripſit Athanaſius, & qui Paulũ primum eremitam ſepeliuit; & anno ætatis 105. ſub Conſtantino Imperatore glorioſus confeſſor migrat. Hic diu habitauit Claudia uxor Philippi poſtmodum epiſcopi Alexandriȩ, & martyris, cum filia Eugenia, poſtea martyre Romȩ,

& cum

Ayuntamiento de Madrid

& cum filiis Adiuto, & Sergio, ac eius ſeruis Eunuchis Protho, & Hyacintho poſtmodum martyribus Romę Seuero. Sed de Aegyptiis patribus, abbatibus, monachis, anachoretis, & eremitis, lege uitas patrũ.

Abyla ciuitas Hiſpaniæ, una ex columnis Herculis. Hic Chriſteta, & Sabina martyres, ut nõnulli uolunt, ſancti Vincẽtii ſorores. Hic Petrus cognomento Barcus miraculis claret. Hic Secundus epiſcopus præfuit, Iacobi apoſtoli diſcipulus.

Aſturia ciuitas Hiſpaniæ. Hic Felix oriundus ex Getulia, natus in Alcanà uilla, inde monachus, pro Chriſto certans decollatur.

Almeria, olim Abdera, & Vega ciuitas Hiſpanię. Hic Chtheſiphon epiſcopus Iacobi apoſtoli diſcipulus prefuit.

Aegea ciuitas Ciliciæ. Hic Coſmas, & Damianus martyres coronantur.

Antiochia Syrię ciuitas. Hic naſcitur ſancta Margarita, & S. Lucas, & ſancta Pelagia.

Argeus mons Cappadociæ, à quo Melas fluuius labens Euphrati admiſcetur. Hic S. Blaſius epiſcopus Agricolai preſidis perſecutionem fugiens latuit in ſpelunca.

BABILON ciuitas in Aſia inſignis Babylonię prouincię iuxta Euphratẽ fluuium. Hic Simon, & Thaddęus apoſtoli Perſen regem, & Gninam reginam cum filio eorum Eutropio baptizant', qui Eutropius fuiſſe dicitur unus diſcumbẽtiũ ex quinque millibus, quos Dominus ex quinque panibus, & duobus piſcibus ſaturauit. Inde ſub Abdia epiſcopo fuit Archidiaconus, & Pictonas ciuitatẽ Galliarum miſſus martyriũ ſuſcepit. Hic Pollocronius epiſcopus, & martyr. Hic Parmenà, Helymas, Chryſochelus,

lus, Lucas, & Mutius Leuitæ Eccleſiæ Babylonicæ apud Medos martyres, ſiue apud Chorodnam Perſidis urbem. Hinc orta Erythræa Sybilla, quæ de Saluatoris ortu, & ultimo iudicio multa hæroicis metris uaticinatur.

Bythynia regio Aſiæ Minoris, quæ & Pontus dicitur. Hic Lucas Euangeliſta Antiochenus, comes Pauli apoſtoli Euangeliũ, & apoſtolorum Acta ſcripſit; & hic confeſſor glorioſus migrat.

Badeo regia ciuitas litoralis Arabiæ Felicis in ſinu Arabico. Hic Cyrillus, Aquila, Petrus Domitianus, Ruffus, & Menãder, ſub Domitiano Imperatore martyres, q̃ in Martyrologio calẽdis Auguſti Philadelphiæ paſsi leguntur; Sed Philadelphia eſt Aſię Minoris ciuitas, & alia in Iudæa.

Berytus ciuitas maritima Syriæ. Hic Martiana uirgo oritur, & in Cæſaria Paleſtinæ martyr. Hic ſanctus Gregorius Cappadox draconem peremit.

Bethania ciuitas Iudæę. Hic reſuſcitatur Lazarus à Chriſto. Hic Simõ leproſus Chriſti hoſpes, qui poſtea in Gallias præfectus epiſcopus Cœnomanenſis fuit, nomine Iulianus.

Buſiris Aegypti ciuitas, nunc dicitur Matera uilla; Hic ædes beatæ uirginis iuxta fontẽ, ubi cũ puero Ieſu, & uiro Ioſepho Herodis tyrannidẽ fugiens manſit annos ſeptẽ. Hic uinea balſami, quæ non niſi Chriſtiana manu decerpi poteſt: quam Sultanus poſſidet.

Bethſaida ciuitas Iudęæ. Hic Petrus, & Andreas fratres, Ioannes, & Iacobus Zebedei apoſtoli. Hic Petronilla Petri filia, q̃ Roma uirgo obiit, naſcuntur.

Bucephala Indiæ Citerioris ciuitas. Hic Samuel epiſcopus ſcientia, & ſanctitate clarus, migrat confeſſor.

Beth-

Ayuntamiento de Madrid

Bethleem Paleſtinę ciuitas. Hic anno ab orbe conditio 5190. ab urbe autem condita 752. olympiade 193. à uictis Antonio, & Cleopatra 28. ab Imperio Augusti 42. regnante in Iudæa Herode Antipatri filio ſecũdum prophetias, naſcitur Chriſtus Saluator, Deus, & homo. hic ortus Matthias apoſtolus, & coadiutor S. Iacobi minoris Hieroſolymitani epiſcopi, & in Hieruſalē martyr. hic Hieronymus Bibliorum illuſtris interpres centeſimum annum agẽs migrat. Hic Paula, & Euſtochium uirgines, & Hieronymi prædicti diſcipulæ migrant. *Hic* Helena Conſtantini mater Chriſti præſepiũ, locumq́ue tanti Natalis eximia decorauit æde.

Balonca ciuitas ulterioris Indiæ, in Iſthmo aureæ Cherſoneſi. Hic Bartolomæus apoſtolus ex Lycaonia, quæ Galatiæ, & Cappadociæ particeps eſt ueniens Polemium Indiæ Regem cum filia, uxore, & tota familia conuerſum baptizat.

Beſyga ciuitas ulterioris Indiæ, iuxta fluuiũ eiuſdē nominis. *Hic* Hiertus plenus uirtutibus migrat confeſſor. Hic eſt ſedes Indiani Patriarchæ, in litore Oceani.

Babyla ciuitas interioris Lybiæ. Hic Pambus abbas ſex milium monachorum, abſtinentia clarus migrat confeſſor.

Beronicæ ciuitas Cyrenes in Aphrica. *Hic* Melania Romæ de Senatoria ſtirpe nata, in cœnobio diu uixit, quæ locis ſanctis ſuperioris Aegypti, Montisq́ue Nitriæ uiſitatis, opibusq́ue in pauperum, & eccleſiarum alimoniam diſtributis, ad Deum migrat.

Bizacina ciuitas Aphricæ iuxta Syrtim paruã. Hic ortus eſt Victor Papa, qui in Cæſarea Paleſtinæ, de Paſchę celebratione cõciliũ collegit; cui interfuit.



Ayuntamiento de Madrid

Hireneus Lugudunenſis præſul,poſtea Romę ſub Cõ modo mart.

Baba Mauritaniæ ciuitas, in regione Tingitana. Hic Acutus glorioſus mart.

Banuaſa dictæ Tingitanæ ciuitas.Hic ſanctus Geruaſius,& Protaſius celebrãtur;quorum precibus quidam ſubmerſus reſuſcitatur, preſente ſancto Auguſtino,& à demonio liberatur: uide uigeſimoſecũdo de ciuitate Dei, ubi de Victoriana uilla fit mentio.

Benta eiuſdẽ Tingitanæ ciuitas.Hic Seuerianus, & Aquila eius uxor martyres. Hic Felix epſ tẽpore beati Grati Carthaginenſis epi migrat anno 320.

Babulis, ſiue Cairum, ſeu noua Babylon ciuitas Aegypti,in qua Sultani regia. hic ſancta Maria per Iulianum apoſtatam,quo Perſici belli euentum præſciret uiuens euiſceratur,uirgo,& mart.

Bamberga Germaniæ ciuitas. Hic Henricus Dux Boemorũ,poſtea imperator, ſororem Gillam locat Stephano Regi Vngariæ,qui ad fidem conuertitur, adhortante ſancto Adalbero.Huc Autbertus à Martino Papa prædicatum mittitur, qui poſtea Treſpii migrauit in Gallis.

Brunduſium Apuliæ ciuitas. hic Virgilius Poeta moritur,qui Cumeę Sibyllæ Chriſtum uaticinantis carmina recitauit.

Baſilea ciuitas Germaniæ. Hic ſancta Chriſtina marty.Hic Pãtulus epiſcopus in ſocietate undecim milium uirginum, martyr.Hic anno Chriſti 1434. celebratur Concilium generale contra doctrinã Auguſti epiſcopi Nazianzeni.

Bubaſtus ciuitas Aegypti: hic, ut teſtatus Heraclides,fuit uirgo quædam ſeptuagenaria, apud quam latuit Athanaſius epiſcopus ſex annos, ſub perſecutione Conſtantii.

Barium

Ayuntamiento de Madrid

Barium ciuitas Apuliæ. Hic conditur corpus ſancti Nicolai epiſcopi de *Smyrna* tralatum.

Beneuentum Italiæ ciuitas. Hic Ianuarius epiſcopus, Feſtus, Stephanus, & Deſyderius ſub Diocletiano martyres. Hic Milo epiſcopus, qui educauit *Ste*phanum Grandimontenſium fundatorem.

Bononia Italiæ ciuitas. hic Vitalis, & Agricolaus ſub Diocletiano martyres. hic Petronius epiſcopus glorioſus confeſſor. Hic Dominicus ordinis prædicatorii inſtitutor anno Dñi 1221. migrat cõfeſſor.

Brixia Italiæ ciuitas. Hic Fauſtinus, & Iouita martires ſub Hadriano Imperatore. Hic ſanctus Cãcius martir. Hic præfuit Hertimanus epiſcopus.

Barcinon ciuitas Hiſpaniæ Tarraconenſis. hic Cucufans ex Oriẽte ſub Maximiano mart. hic Eulalia uirgo, ſub Diocletiano mart. hic Pacianus epiſcopus Theodoſio imperante migrat.

Betulon eiuſdẽ prouinciæ litoralis ciuitas prope Barcinonen. hic Anaſtaſius miles ex *Lerida* cum ſociis ſeptuaginta tribus mart. hic iacet ſanctus Sergius in ſuo monaſterio mart.

Burdegalia ciuitas Galliæ Aquitaniæ. hic claruit Proſper Leonis primi Papę notarius, literis, & poeſi celebris. familiaris beati Perpetui epiſcopi Turonẽſis. Hic Amandus epiſcopus tempore Gũtrani regis migrat. Et Seuerianus epiſcopus.

*Biturciæ* Aq.tanę ciuitas. hic Vrſinus primus eps ab apoſtolis miſſus migrat. hic Auſtraſigillus in hiſtoria beatę Marthæ primus euãgelizat. hic Sulpitius epiſcopus Auſtragiſilli ſucceſſor, qui mortuũ, ſuſcitauit, tẽpore Pipini regis, migrat anno. hic ſimlucis. 1189. in archiepiſcopum electus, tempore Federici primi, & Philippi Francorum regis migrat confeſſor.



Ayuntamiento de Madrid

Bruxella Flādriæ ciuitas. hic naſcitur Arnulphus pater Pipini Metenſis epiſcopus. Item Romericus abbas Luxouienſis.

Baetha ciuitas Indiæ citerioris. Iuxta hanc in deſerto habitant plures, quàm 300. Anachoretæ Chriſtiani.

Baratha ciuitas Taprobanæ inſulæ, in latere Oriētali. Hic Lucianus Petri apoſtoli diſcipulus à S. Clemente presbyter ordinatus, cum beato Dionyſio miſſus, triginta milia hominum conuertit martyr. hic S. Iuſtus puer.

Berethis ciuitas Aethiopię iuxta Nilum, & mare Arabicum. Hic anno ſalutis quingenteſimo Euangelium Matthæi in Cypro cū oſsibus Barnabæ apoſtoli inuentum. hic Eunuchus à Candade miſſus apoſtolum recepit: qui eam baptizat, & per eam ad uirum eius introducitur.

Bagazi Lybiæ interioris ciuitas. Hic Moyſes naſcitur, de latrone monachus, & magnæ multitudinis monachorum pater, ſub Theodoſio ſeniore migrat confeſſor. hic Ammon, Helias, Appelles, Serapion, Eulogius, Dorotheus, & Piamon abbates in ſuis cœnobiis migrant confeſſores.

Bormacia ciuitas Franciæ, iuxta Rhenum, hic ſanctus Sōdenoidus epiſcopus Maguntinus ſub perſecutione Normandorum moritur.

Bobium monaſteriū Italiæ, quod Columbanus ex Scotia abbas cœnobii Luxouienſis fundauit, hic Attalus Columbani diſcipulus migrat confeſſor.

Belon Hiſpanię ciuitas in freto Herculeo. hic Cyriacus, & Paula uirgo, & martyr.

Betyra Galliæ Narbonenſis ciuitas. hic Aphrodiſius epiſcopus à Paulo Narbonenſi epiſcopo ordinatus migrat. hic Valentinus epiſcopus, & martyr.

Ban-

Ayuntamiento de Madrid

Bannacia Scotię ciuitas propè Syluam Caledoniã iuxta hanc urbem, apud cœnobium Gloſtanenſe Ioſephus,ab Arimathea,cum filio eiuſdem nominis,& alii decem, & duo exules à Iudæa profecti confeſſores migrant.

Burgus ciuitas Hiſpaniæ in regno Caſtellæ. Hic Ioannes ortega,literis,& mediationi deditus, tempore Alfonſi Regis,ſine liberis defuncti,ad Hieroſolyma peregrinatus. Huc & Eleſmus natione Gallus ob ſanctimoniam ab Alfonſo accitus miraculis claruit.Huc Centolliæ uirginis, & martyris, & Helenæ ab illa conuerſæ, ſub Hiſpaniarum Rege peremptarum corpora tralata ſunt.

Biſuntium Burgundiæ ciuitas. Hic ſanctus Ferreolus præsbyter,& Ferrucio diaconus martyr.

Brachmanę, Indię populi, apud quos Gaſpar Magus regnaſſe fertur.

CArthago noua ciuitas Hiſpanię.Hic Fulgentius primum Aſtigitanæ, dein Carthaginenſis Eccleſiæ epiſcopus Leandri Hiſpalēſis epiſcopi frater,expugnatis Arrianis, fidem reſtituit, cuius corpus,ex hac urbe,Hiſpalim tralatū cū Iſidori fratris ſui corpore tumulatum eſt,qui alius eſt à Fulgentio Ruſpēſi epiſcopo,qui Toletanus fuit.Hic Speratus, Natalius,Cyrinus,Beturius,Felix,Aquilinus, Luctacius,Ianuarius,Generoſa,Beſſa, Donata,& Secunda, ſub Saturnino præfecto martyres.

Calagurium ciuitas Hiſpaniæ.Hic ortus Dominicus ordinis Prædicatorū inſtitutor ab Innocentio III.Toloſam miſſus contra hæreticos, ab Honorio III.approbatus,Bononię defunctus, à Gregorio IX. ſanctorum catalogo adſcriptus.

Cotha ciuitas Arabiæ deſertæ. Hic Hippolytus



Ayuntamiento de Madrid

compoſuit librum de laude Saluatoris,ſed in ciuitate Aradifrata migrat confeſſor.

Carna ciuitas Arabiæ Felicis. hic Moyſes diſcipulus ſancti Antonii,ad preces Mamiæ Sarracenorũ Reginæ à Valentiano Imperatore huc mittitur,& totã Idumęã cõuertit,migrat cõfeſſor ſub Honorio

Cæſarea Stratonis ciuitas Paleſtinæ. hic Petrus apoſtolus Cornelium Centurionem conuertit,& epiſcopũ fecit. hic Philippus diaconus prædicat,& moritur, cuius quatuor filiæ uirgines prophetabãt. hic Priſcus, Marcus,Alexander, & Aſterius ſenator ſub Galeno Imp. martyres; hic Pamphilus ſub Maximiano Imp. mart. hic Euſebius epiſcopus Eccleſiaſticę hiſtorię author,q. dicti Pamphili uitã ſcripſit,

Cæſarea Paniæ ciuitas Syrię. hic Chriſtus Petrũ percontatus claues ei cœlis regni promittit, & Lunaticũ ſanat. hic Euſtathius eques Romanus in fluuio Leonte uxorem perdit,& filios à feris rapto;Inde ſub Traiano Imperatore Romę mart.

Capernaũ ciuitas Paleſtinæ. hic Chriſtus ſeruum Centurionis leproſum,Petri apoſtoli ſocrũ,& paralyticũ ſanat.hic in monte propinquo decem apoſtolos elegit,& duodecim beatitudines enumerat.

Cana Galileæ ciuitas Paleſtinæ. hic Chriſtus in nuptiis aquam in uinum conuertit. hic naſcuntur Philippus apoſtolus,& Nathanael diſcipulus.

Cæſarea, quę & Maſſa ciuitas Cappadociæ. hic ſanctus Mammes puer naſcitur, qui baculo,& euangelio ſibi cœlitus dato euangelizat: de feris triumphat:inde lapidibus obruitur. hic Dorothea uirgo, quæ intempeſtiuis roſis cœlitus datis Theophilum conuertit,ſub Diocletiano, & Maximiano, ac prçſide Fabritio,anno ſalutis ducenteſimo quadrageſimo nono,Februarii ſexto,martyr triumphat.

Hic

Ayuntamiento de Madrid

Hic Baſilius magnus epiſcopus migrat, quem ſan. ctus Ephrem Syrus uiſitat.

Corthata ciuitas ulterioris Indiæ. hic Polemius Rex poſt ſuam cōuerſionem, factus epiſcopus uiginti annos ſedit, qui Bartholomæi apoſtoli corpus per duodecim ciuitates ex Albana delatus magnifice tumulauit, templa conſtruxit.

Chorodna ciuitas Perſiæ. hinc Abdon, & Sennen à Decio Imperatore interrogati Romam perducuntur. hic S. Cyriacus Domitiani filiam Arthemiam à Dæmone liberat, inde ad Saporem Perſarum regē miſſus eius filiam Bobiam ſimiliter curat, quam cū patre baptizat: inde Romæ ſub Maximiano Imperatore mart.

Cæſarea Bithyniæ ciuitas iuxta Helleſpontū. hic Gregorius epiſcopus ſub Galeno, & Valeriano Imperatore martyr. hic Theodorus diſcipulus Origenis ſcripſit in Eccleſiaſticū, & Italiam uiſitauit. hic ante concilium Nicęnum celebrata ſynodus, & Canones conſtituti. hic ſanctus Syluanus epiſcopus, per quem Petrus apoſtolus ſcripſit epiſtolam ad Orientales, ſub Valerio mart.

Chalcedon Bithyniæ ciuitas. hic Methodius Tyri epiſcopus, & Olympus martyres, hic Euphemia uirgo cū ſociis quadragintanouē poſt multos cruciatus morſu feræ abſumpta ſub Diocletiano. hic anno ſalutis 454. ſub Leōe primo Papa ſynodus 630. patrum celebratur contra Eutychetem abbatem Cōſtantinopolitanum, qui dixit; unam eſſe naturā uerbi diuini, & carnis. & cui Dioſcorus Alexandrię epiſcopus fauit.

Cambyſis ęrarium, ciuitas Aethiopię ſub Aegypto. hic Hirtac⁹ Rex Aegypti ſucceſſor, eius filia Eugenia, quam Matthęus apoſtolus uirginem Deo ſa-



Ayuntamiento de Madrid

crauerat, ſibi denegata, apoſtolum gladio interim iuſsit.

Cyrene prouincia Aphricæ. Aegypto contermina. Hic Lucius primus epiſcopus ab apoſtolis creatur, & moritur martyr. Hic Helias ſanctiſsimus. 300 uirginibus clauſtratis ſeruiebat. Hic ortus Simon Cyreneus, qui Chriſti crucem baiulauit, pater ſanctorum Alexandri, & Ruffi diſcipulorum, quorum Ruffus Auinione in Galliis migrat.

Cercina ciuitas, & inſula in parua Syrti Aphricæ. Hic claret, & moritur S. Arnobius, qui ſcripſit contra Idolatras ſub Diocletiano Imperatore confeſſor.

Celida ciuitas Cyrenens. Hic Iulianus epiſcopus triginta annis podagra uexatus, lectica ſe in Alexandriam contulit, ut martyrium ſuſciperet.

Cerbica ciuitas Aphricæ minoris mediterranea. Hinc ortus Lactantius Firmianus, Arnobii diſcipulus, qui Nicomediæ rhetoricam docuit, à Diocletiano accitus. Inde à Criſpo filio Conſtantini maioris Cæſare Lugdunum uocatus, iam ſenex inſtitutionũ libros compoſuit.

Carthago urbs magna Aphricæ. Hic Cyprianus epiſcopus, & martyr præclarus ſub Galeno imperatore, anno ſalutis 256. Hic tercentum martyres ſub eodem in clibanũ miſsi, quorum duces erãt Ianuarius, Nabor, Felix, Martinus, Caſtus, Aemilius, & Iocũdianus, milites. Hic anno ſalutis 336. ſub Crato epiſcopo Aphricæ generale concilium celebratur. hic ſub Aureliano ẽpo tria concilia generalia celebrãtur: ubi ſeptuaginta epiſcopi, & cãtatum Symbolum nicenum. Hic ſub Arcadio, & Honorio anno ſalutis 404. ſub Innocentio Papa Synodus 218. epiſcoporum

Ayuntamiento de Madrid

rum celebratur, inter quos Aurelius pro Carthagine, Auguſtinus pro Hippone, Donarianus pro Thebis, Alphius pro Numidis, Mauritanis, & Libybus interfuerunt, contra Pelagium fuerunt. hic Aurelius epiſcopus migrat. Hic Eugenius epiſcopus, qui fuit exul in Libya, in Sardinia; in Gallis moritur. Hic Ludouicus Francorum Rex ſanctiſsimus pro fide pugnans dum obſidet barbaricam urcem, deceſsit.

Canopiſi Aphricæ ciuitas, iuxta Hipponen. Hic ortos Turconius afer literis clarus, qui expoſuit Apocalypſim.

Cirtha Iulia, ciuitas Aphricæ. Hic Agapus, & Secundinus epiſcopi, ſub Valeriano martyres. Hic Aemilius ſub eodem martyr. Hic Tertulla, & Antonia cum matre ſub eodem martyres.

Ciſſa ciuitas Mauritaniæ Cæſarienſis. Hic ſanctus Reparatus robundenſis refert coram Zenone Imperatore, quòd in foro huius urbis reſtitutæ fuerant manus dextræ pluribus martyribus antea trucatæ.

Conſtantinopolis, quæ antea Byzantium, illuſtris Thraciæ in Propontide ciuitas. Hic ſub Theodoſio Seniore concilium congregatur ad profeſsionem fidei catholicæ: & deinde anno Domini 544. ſub Iuſtino ante ortum Machometi, ubi damnata eſt hæreſis Theodori, Chriſtum hominem tantum facientis. hic glorioſi epiſcopi Paulus, Ioannes Chryſoſtomus, & Anatolia pro fide Chriſti martyres. hic quinta, & ſexta Synodi temporibus Iuſtiniani, & inde Conſtantini iunioris.

Corinth⁹ ciuitas bimaris ĩ Iſthmo peloponeſi poſita.

Paulus

Ayuntamiento de Madrid

Paulus apoſtolus prædicauit, & ad eoſdē duas miſit epiſtolas: primam ad Epheſios per Timotheum, alteram à Troia per Titum. Hic Timon de numero ſeptem diaconorum incendium, & Crucem pro Chriſto patitur. Hic Dionyſius epiſcopus ſub Marco Antonio Imperatore, & Baſilius epiſcopus ſub Seuero martyr.

Curta Panoniæ inferioris ad ripam Danubii ciuitas. Hic Alexander, & Polonius martyres. Hic s. Emericus Pannoniorum Dux migrat confeſſor.

Conſtantia, ſiue Gānodorū Galliæ Belgicæ ciuitas. Hic ſanctus Cōradus migrat confeſſor. Hic anno ſalutis 1414. Synodo celebrata ſub Ioanne uigeſimo quarto Pontifice, ac Sigiſmūdo Imperatore damnati ſunt, Ioannes Vitcleffus, Ioannes Hus, & Hieronymus Praga hæretici. Hic extra muros Gebradus præſul martyr. Item grande Cœnobium, ubi ſepultus iacet Gallus abbas diſcipulus Columbani abbatis Luxouienſis in Burgundia.

Colonia Agrippina ciuitas Belgicæ ad ripā Rheni. Hic Geryon cum ſociis 318. de legione Thebæa, ſub Maximiano, & Diocletiano martyres. Hic 300. milites ex Mauritania ſub eodem martyres. Hic corpora trium Magorū primum e Tharſo, inde Mediolano ſub Federico Imperatore tralata quieſcūt. Hic undecim milium uirginum cum Vrſula Dionoti minoris Britanniæ Regis filia, & aliis ſociis, martyrū corpora uenerantur.

Coloſſis Lyciæ ciuitas apud Lycum fluuiū, de qua meminit Strabo. Hic Epaphras epiſcopus Pauli apoſtoli diſcipulus mart. Ad hos Paulus ſcribit epiſtolam, quę ad Coloſſenſes inſcribitur, nō ad Rhodios, ut falſò uulgus putat, & hic author decipitur.

Cytheum ciuitas Cretę in ora ſeptentrionali. Hic Theo-

Ayuntamiento de Madrid

Theogenes ſub Licinio Imperatore martyr. Hic ſanctus Iſidorus epiſcopus.

Cyzicus; ciuitas Aſiæ, in litore Helleſponti. Hic ſecundum catalogi ſanctorũ authorē patitur Theogenes prædictus ſub Licinio. quod uerius credo.

Capua ciuitas Cāpaniæ iuxta Neapolim Hic Priſcus de numero ſeptuaginta duorũ diſcipulorũ martyr. Hic Ruffus Patritius ab Appollinari Petri apoſtoli diſcipulo baptizatus, marty. Hic Germanus epiſcopus, tempore Zenonis migrat.

Cælia Italiæ ciuitas. Hic Secundianus & Marcellianus milites à Sixto Papa baptizati, ſub Decio martyres.

Cathana Siciliæ iuxta Aetnam, ad litus oriētale ciuitas inſignis, ac uetuſta. Hic Agatha uirgo nobiliſsima Decio imperante ſub Quintiano præſide, poſt multos cruciatus, & abſciſſas mãmillas, martyr illuſtris ad Dominum migrat. Hic eiuſdē uirginis corpus in Tēplo maiori à Siculis multũ ueneratur; fuerat autem prius eius ſepulchrum in æde ueteri ad latus urbis ſeptentrionale, iuxta theatrum uetuſtũ; ubi paſſa fuit, & in uinclis obiit; & ubi Lucia uirgo Syracuſana Eutychię matri ſanitatem precibus obtinuit. Hic Leo epiſcopus Heliodorum magum inſignem uicit, ac deiectis præſtigiis, incendio conſumpſit, Albertus autem confeſſor Carmelitanus, non hic, ſed Maſſanæ obiit.

Caralis Sardiniæ ciuitas. Hic Lucifer, cum Pãcratio, & Hilario ad Conſtantiũ Imperatorem à Liberio Papa miſſus, propter fidem Nicęnam exulat, & libros ſcribit ſub Valentiano. Hic Primus, Felix, Aemilius, Lucianus martyres. hic Euſebius Vercellenſis naſcitur. Hic 200 epiſcopi Aphricæ, per Hunericum Regem Vandalorum exulant.

Corſica

Ayuntamiento de Madrid

Corſica Inſula tyrrheni maris proxima Sardinię. hic Paulus apoſtolus ex urbe ſub decennio ſuæ libertatis ſub Nerone, prædicat; Inde ad Hiſpanias cum S. Paulo Narbonenſi progreditur. hic Sancta Iulia uirgo, & mar.

Cęſarea Auguſta ciuitas Hiſpaniæ, Aragonũ. hic Valerius epiſcopus, & Vincentius leuita, martyres ſub Diocletiano Imperatore, & Daciano præſide. hic Quintianus, & Caſsianus cum ſociis, ſexdecim martyres. hic 500 milites, dicti, Maſſa ſancta; ſub prę dicto Imperatore martyres, trucidati, ac concremati. Item Lampertus martyr. Item Engratia uirgo, & mar.

Concana Cantabrorum ciuitas in Hiſpania. Hic Honoratus epiſcopus Toletanus naſcitur, qui ſacrauit Firminum epiſcopum Ambiani martyrem, & hic migrat confeſſor

Corduba Bæticæ ciuitas. hic Salomon, Præfectus, Secundianus, Petrus, Auentius, Hieremias, Fandilus. Zoilus Paulus, & Leonigildus martyres, & Chriſtoforus. Hic Ozius epiſcopus, conſcius Athanaſii Alexandriæ epiſcopi. Hilarii Pictauienſis, Euſebii Vercellenſis, & Miletii Antiocheni epiſcoporũ, migrat confeſſor.

Compoſtella Hiſpaniæ ciuitas in Galitia. hic Iacobus apoſtolus Zebedæi filius, qui per Indiam, Sămariam, & Aſiam minorem prædicauerat, deinde diſcipulos duodecim aſſumens, quorum tres ſcilicet Hermogenem antea magum, mox Antiochenũ epiſcopum, Philetum eius diſcipulum archidiaconum, & Ioſiam Herodis dapiferum, quos ipſe conuertit; Hieroſolymis: nouẽ uero in Galitia prius elegerat, & eorum duobus ibi dimiſsis, ſcilicet Athanaſio-

Theo-

Ayuntamiento de Madrid

Theodoro, cum ſeptem reliquis, ſcilicet Torquato, Chtheſiphonte, Secundo, Indalecio, Cęcilio Heſychio, & Euphraſio, Hieroſolimam rediit, & ibi cum Ioſia, Herodis iuſſu, Claudio imperante, decollatur; cuius corpus ſeptem diſcipuli ad Hiſpaniam relatum in Vrbe dicta tumularunt: De cuius miraculis innumeris Caliſtus Papa librum edidit.

Complutum ciuitas Hiſpaniæ. hic Iuſtus, & Paſtor fratres infantes ſub Diocletiano martyres.

Cabulium, ſiue Cabilunum Eduorum ciuitas in Gallia Lugdunenſi, hic ſanctus Marcellus diſcipulus ſancti Photini epiſcopi Lugdunenſis, ſub Antonino vero martir. hic Flauius, Deſideratus, Tranquillius, Ioannes, Agricola, Silueſter, Lupus, Veranus, & Gracchus epiſcopi confeſſores migrant. hic Guntranus Burgundiæ rex migrat confeſſor glorioſus. hic Cæſarius epiſcopus Arelatenſis naſcitur, & migrat confeſſor. hic fuit & Primus epiſcopus, & Theologus, qui hanc Topographiam ſcripſit anno ſalutis 1450. quam Mappam mundi ſpiritualem uocauit.

Ciſtercium apud ſtecadas inſulas ſub Promontorio Cithariſtio. hic anno ſalutis 1098 procurantibus Vgone Lugdunenſi, & Gualterio Cabilunenſi epiſcopis, exordium ſumpſit Ordo Ciſtercienſium.

Cluniacum ciuitas Galliæ Lugdunenſis. hic anno ſalutis 9 1 2 tempore Othonis primi, fundatur cœnobium, cui præfuit Maiolus abbas. hic anno decimo Othonis tercii, Odilo abbas eligitur. hic Vgo ex familia

Ducum

Ayuntamiento de Madrid

Ducum Burgundiæ abbas migrat. hic Petrus abbas ſancti Bernardi contemporaneus.

Carcaſo ciuitas Narbonẽſis Galliæ. Hic Trophinus Pauli apoſtoli diſcipulus,& epiſcopus,qui Galliæ lumẽ fidei Chriſtianæ fudit, migrat confeſſor. Hic ſanctus Geneſius miles martyr. Hic Hilarius cõfeſſor migrat. Hic Cæſarius epiſcopus Cabiluni natus,moritur. Hic Egidius abbas ex Athenis ſub dicto Cæſario migrat.

Caturactoniũ Angliæ ciuitas. Hic Auguſtinus epiſcopus à Gregorio papa, & Ioanne miſſus Anglos inſtruxit, & ſub Mauritio imperatore migrat confeſſor. Hic Thomas Cantuarienſis epiſcopus anno ſalutis 1180.pro libertate Eccleſiæ martyr ſub Henrico ſecundo. Hic Ardanus epiſcopus, Dunſtanus abbas,& Elfegus epiſcopus migrant confeſſores.

Carmelius ſyriæ mons. Hic manſio Heliæ,& Heliſei prophetarum. hinc Ludouicus rex in ſua peregrinatione anno ſalutis 1245.tranſtulit Carmelitanum ordinem in Gallias.

Comana Pontica ciuitas Cappadociæ. hic Heſychius ep̃us glorioſus confeſſor ſub Diocletiano.

Calliopolis ciuitas in Thracia Cherſoneſo propè Seſtõ. hic IoannesChryſoſtomus Cõſtantinopol. ep̃us tertius exul ſub Arcadio imperatore moritur.

Celius,uel Cimon, mons iuxta Epheſum in Aſia minori. hic circa annum ſalutis 450.præſente Theodoſio Iuniori imperatore ſeptẽ dormiẽtes reſurgũt ubi per Decium obſtructa multis ante annis ſpelũca fuerant clauſi.

Capha,ſiue Theodoſia ciuitas in Taurica Cherſoneſo. hic Martinus papa qui Romæ celebrauit concilium Lateranenſe contra Conſtantinum Iuniorẽ, exulat,& anno ſalutis 650 moritur. hic Clemens Papa

Papa ſucceſſor Petri per Barnabã inſtruitur, & per Petrum ordinatur, & Domicillam neptem Domitiani Romæ baptizat,exulat. hic Fontem mirabilem effodit,ſeptuaginta quinquè Eccleſias ædificat, & ſub Traiano imperatore moritur demerſus;cuius corpus quotannis ad preces Phœbi,& Cornelii eius diſcipulorum, retracto mari, ab incolis uiſebatur.

Canaria inſula in Oceano atlãtico. Huc dilatata eſt Chriſti fides. hic Anitus mart.

Cupha Lybię ciuitas. hic Dionyſius patriarcha Alexandrinus librum edidit de Laude martyrum cõtra Decium imperatorem, conuertit hanc regionẽ, & Alexandriæ migrat ſub Galeno.

Cattigata ulterioris Indiæ ciuitas, hic Mammes eremita migrat. & eſt extrema uerſus orientem Simarum ſtatio,

Cipipa, uel Cipira, ciuitas Aphricæ mediterranea ſupra Carthaginem. hic ſanctus Saluinus,in cuius natali ſermonem facit beatus Auguſtinus.

Calatha ciuitas Aphricę minoris. hic ſãctus Mappalycus martyrium ſuſcepit,de quo beatus Cyprianus ſermonem facit ad populum. hic Aliphius epiſcopus conſors beati Auguſtini migrat confeſſor.

Cunelus ciuitas Italiæ. hic Lucius papa exulat, inde ſub Valerio,& Galeno mart. hic Syrus & Mintius miſſũ ab Hermagora epiſcopo Aquilẽſi,diſcipulo ſancti Marci,per Veronam, Brixiam, ac Laudum prædicauit,mart.

Cumæ Campaniæ ciuitas in ſinu Baiarum. hic fuit Cumana Sibylla,quæ Deiphobe uocatur, quæ à nõnullis Cimeria,uel Cymica dicitur, niſi hęc alia ſit ex antro Nurcino. hic Abundius epus migrat.

Calletæ Lugdunenſis Gallię populi ad Oceanũ, ubi Iuliobona,Neomagus & Rotomagus urbes iuxta

Ayuntamiento de Madrid

ta Sequanam flumen. hic Mennius diſcipulus ſancti Petri, cũ Dioniſio,& aliis in Gallias miſſus, qui fuit de nnmero ſeptuagintaduorum diſcipulorũ,& fertur fuiſſe ille,de quo in euãgelio dicitur,eſt puer unus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos piſces: & hic epiſcopus migrat.

Cenomanni ciuitas Galliç Lugdunenſis. hic Iulianus epiſcopus ex Bethania Siriæ,qui fuit Simon, hoſpes,& diſcipulus Chriſti, qui multos leproſos curauit,& tres mortuos ſuſcitauit,migrat confeſſor. hic ſanctus Priſcus, & Lazarus diſcipuli Cleti papę, martires. hic Leonardus abbas cęnobii Corbiniacenſis, tempore Clotarii regis, migrat confeſſor.

Cænopolis Cyrenes ciuitas. hic Athanaſius Alexandriæ epiſcopus conuincit Arrium, & ſub Conſtantino magno,eiuſque filiis,ſub Iuliano, Iouiniano, & Valentino imperatoribus quadraginta annis exilium, & perſecutionem paſſus, Treueris, ubi ſimbolum compoſuit, migrat confeſſor.

Conſtantia Francię ciuitas. hic Laudus epiſcopus migrat confeſſor.

Corra ciuitas Perſidis. hic orta eſt Sibilla Perſica,quæ de Chriſto multa uaticinatur.

Corduba ciuitas Hiſpaniæ, de qua ſupra. hic Zoilus adoleſcens decollatur, quòd idola contemneret,cuius corpus ab Agapeto monacho, tempore Siſebuti Regis repertum eſt, martir; cuius feſtum uigeſimo ſeptimo Iunii. hic Anaſtaſius diaconus obtruncatur. hic Digna uirgo, & martir. hic Fauſtus, Ianuarius,& Martialis germani, ſub Eugenio præfecto,blanditiis, miniſque contemptis, incendio abſumpti.

Cereſanum oppidum Hiſpaniæ. hic ſanctus Victor



Ayuntamiento de Madrid

ctor in ſpelunca uixit; mox egreſſus, pro Chriſto uariis cruciatibus peremptus, à Mauris.

Calciata oppidum Hiſpaniæ. Hic ueneratur ſanctus Dominicus ſocius Gregorii oſtienſis epiſcopi, qui à ſummo Pontifice miſſus locuſtarum immenſam multitudinem in Catalonia ſedauit; multosq; curauit.

Caſsinum oppidum Italiæ. Hic Benedictus abbas, monachorum inſtitutor, inter quos Maurus Eutychii, & Placidus Tertulli filius illuſtres fuerũt; ut beatus Gregorius ſcribit.

Cracouia, Carrodunum à Ptolomęo dicta, Poloniæ Metropolis. Hic ſanctus Stanislaus præfuit. Hic ſanctus Florianus martyr.

Caſpii montes ultra Caſpium pelagus; Intra hos decem tribus Iudæorum Gog, & Magog, ab Alexandro magno occluſæ.

DAmaſcus celebris Syriæ ciuitas. hic Paulus apoſtolus, iã uiſu amiſſo conuerſus ab Anania baptizatur, & uiſum recuperat, ex perſecutione factus uas electionis.

Deſertum Cæſareæ in Syria. hic ſancta Pelagia per Nonnum epiſcopum Damiatæ (quæ Aeliopolis) conuerſa uitam aſperè duxit ſub Claudio imperatore, ſecundum alios in Monte Olîueto.

Deſertum ſancti Hieronymi in Iudæa. Hic Iudas de ſeptuaginta duobus diſcipulis, qui compoſuit Chronographiam. Hic Hieronymus habitauit quatuor annos ſolitudinem quadrageſimalis ieiunii. Hic Dominus cum ieiunaſſet quadraginta dies, à Diabolo tentatur.



Ayuntamiento de Madrid

Decapolis Lyrię ciuitas. *Hic* Chriſtus ſurdum, & mutum curauit. Marci. 7. Drepanum Siciliæ ciuitas iuxta Lylibęum. Hic Albertus Carmelitanus ortus, Meſſanæ obiit.

Deſertum ſancti Ioannis Baptiſtę iuxta Iordanẽ. *Hic* Ioannes uixit in ſolitudine melle Syluestri, & locuſtis. Hic prædicauit. *Hic* baptizauit. *Hinc* diſcipulos ad Chriſtum miſit.

Dere ciuitas Aethiopię ſub Aegypto in faucibus arabici maris. Hic Frumentius epiſcopus, & *Hedyſius* presbiter tempore Iouiniani imperatoris, miſſi ab Athanaſio epiſcopo Alexandrino, fidem ſignis & uerbis confirmant.

Darorum uilla in inſula Nili Meroe. *Hic* Abonat Anachoreta migrat.

Dabia ciuitas Aphricæ minoris. *Hic* Victorinus ſcripſit contra Arrium, qui Nicæno concilio interfuit, & hic migrat confeſſor anno Domini. 340.

Diopolis ciuitas Aegypti. *Hic* Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Dioſcorus, & Papias ſub Numeriano imperatore, mart.

Dioſpolis parua ciuitas in Aegypto. hic habitauerunt Amos, Macharius, Aegyptius, & Iſidorus diſcipulus Antonii Anachoretæ.

Delphi ciuitas Achaiæ, iuxta Parnaſum mõtem. Hic oritur tertia Sibylla, quæ Delphica uocatur, q̃ ante Troianum bellum uaticinata eſt Saluatoris natalem. hic fuit Templum, & Oraculum Apollinis, in quo Dæmon reſponſa dabat.

Domus Zacharię in Iudęa propè Hieruſalem. hic Ioãnes Baptiſta per Gabrielem Angelum prędictus naſcitur. Hic Zacharias eius pater prophetizat, & canticum, Benedictus, recitat. hic beata Virgo de Nazaret, diuino uerbo concepto, per Montana incedens

cedens, Eliſabetam Ioannis matrem pręgnantem ui ſitat,& Deum magnificat.

Duduſa Galatiæ ciuitas. Hic Paulus Conſtantino politanus epiſcopus ſub Conſtantio exulat mart.

Deobriga Sarmatiæ ciuitas. Hic ſanctus Seuerus de genere Seueri imperatoris prædicat, & ſub Valeriano imperatore moritur mart.

Dioſpolis magna,ſiue Thebe Metropolis in Thebaide Aegypti,quæ centum portas habuit.Hic deſertum fuit Anachoretarum. Hic Iſidorus abbas pater mille monachorum,migrat confeſſor.

Dertona Lombardiæ ciuitas.Hic ſanctæ Apolloniç corpus conditum.

Derba Cappadociæ ciuitas. Huc Paulus & Barnabas ex Iconio ſe contulerunt.

EMiſſa ciuitas Syriæ. Hic Gregorius Emiſſenus epiſcopus frater Magni Baſilii epiſcopi Cęſareę, migrat confeſ. Hic Ephrem monachus Ediſſenæ Eccleſiæ Archidiaconus, qui ſermones ſcripſit, migrat confeſſor.

Emmaus caſtellum propè Hieruſalem. Hic Chriſtus poſt reſurrectionem,Lucæ, à Cleophæ apparuit. Hic & Cleophas à Iudæis peremptus mart. hic ſanctus Procopius mart. hic Aphricanus doctiſsimus oritur,& Romæ ſub Gordiano migrat.

Ebron ciuitas Iudææ. Hic Damaſcenus ager, in quo Adam plaſmatus. Hic Adam & Eua ſepulti, & deinde cæteri Patriarchæ.

Ediſſa ciuitas Meſopotamiæ. hic Thadeus diſcipulus à Iuda apoſtolo miſſus Abagarũ Regẽ curauit. cuius ad Chriſtum Saluatorem, & Chriſti ad ipſam extant epiſtolæ, ut ſcribit Euſebius. Hic Abagarus miſſo pictore,petiit Saluatoris effigiem pictor autẽ



Ayuntamiento de Madrid

cum nequiret ob fulgorem in Chriſti faciem intueri, Chriſtus uultum panno lineo impreſſit, & miraculosè effigiem expreſsit; quæ tranſmiſſa ad Abagarum, nunc Genuæ ſeruatur in æde ſancti Bartholomei. Hic Thomas apoſtolus ortus eſt.

Eldana ciuitas ulterioris Indiæ. Huc Thomas apoſtolus ueniſſe perhibetur, & cum Mygdio rege, & Cariſio eius cognato certaſſe. Hic & laminas ignitas, & incendium ſuperaſſe. Idolum comminuiſſe per eius Dæmonem. Hic, & lanceis confoſſus martyrium pertuliſſe; ſed poſtea per Alexandrum Imperatorem corpus apoſtoli ad Ediſſam tralatum Ediſſenis ſuum conciuem repoſcentibus.

Euangelus portus Aethyopi ſub Aegypto in litore ſinus arabici. Huc Matthæus apoſtolus in Aethyopiam proficiſcens applicat, & prædicat, unde locus nomen habuit.

Eboracum Angliæ ciuitas. hic Eadmundus rex ſanctimonia clarus migrat confeſſor. Hic Conſtantinus magnus imperator naſcitur, & migrat Nicomediæ in Bithynia.

Ephæſus Aſiæ minoris ciuitas. Hic Ioannes apoſtolus poſt obitum beatæ virginis diu commoratur. Hic uerbo, & ſignis fidem celebrat, epiſcopos, & clericos ordinat; ultimus Euangelium ſcripſit. Inde Romam ductus, Domitiani iuſſu, & oleo feruenti immerſus, illæſus cùm euaſiſſet, in Patmos inſulam relegatus, Apocalypſim ſcripſit. Hebionem, & Cherinthum hæreticos condemnauit, anno Chriſti octuageſimo quarto. anno autem nonageſimo

Ayuntamiento de Madrid

nageſimo quarto, annum agens centeſimum migrauit ad Dominum. Hic incœpit prædicare Iacobus Zebedæi poſt Aſcenſionem Domini, & hinc præfectus ad Hiſpaniam. Hic ſanctus Timotheus epiſcopus ante Ioannem apoſtolum martyr. Hic anno Domini CCCCXXIIII. ſub Celeſtino Papa, & Theodoſio iuniore celebratur Concilium generale contra Neſtorium. Hic ſeptem dormientes martyres.

Eubæa inſula maris Aegei Peloponeſo adiacens, quæ nunc Necropontia dicitur, olim ſub Dominio Venetorum anno Domini MCCCCLXX. à Turcis occupata. Hic Chalcis patria olim Euphorionis poetæ: cuius ciues condidere Cumas. Hic Methodius epiſcopus martyr.

Aetna mons Siciliæ perpetuis niuibus atq; incendio ſimiliter notabilis. Hic Amphinomus, & Anapis fratres ſublatis parentibus, inter flammas miraculosè euaſerunt.

Eliberis Hiſpaniæ ciuitas, quæ nunc Granata. Hic Cœlicius unus ex diſcipulis Iacobi apoſtoli epiſcopus primus præfuit.

Eliturgium, ſiue Lycurgium, ſiue Turrigium ciuitas Hiſpaniæ, quam Lucas Marineus uocat Turrim Iuliam. Hic ſedit epiſcopus Euphraſius ex diſcipulis dicti apoſtoli unus.

Emerita ciuitas Hiſpaniæ. Hic orti Seruandus, & Germanus martyres in Mauritania ſub Viatore præſide ſuppliciis afflicti, & decollati. Ex his Seruandus Hiſpali cum Iuſta Ruffina tumulatus iacet, Germanus autem Emeritæ. Hic Eulalia uirgo, & martyr Barcinonienſis.

P 3 Efordia

Ayuntamiento de Madrid

Erfordia Germaniæ ciuitas, Biturdium à Ptolemæo dicta. Hic iacent corpora ſanctorum Adelarii, & Eobani epiſcoporum. Item ſancti Seueri epiſcopi, & ſancta Vincentiæ.

Eli.hia, uel Lucina Aegypti ciuitas, hic Pachomiꝰ abb. ſex millium monachor.

FOrtunatæ inſulę ſex numero, Aproſitus, Iunonis, Pluitala, Caſperia, Canaria, Pintuaria, in Oceano Atlantico ab occaſu Aphricæ adiacentes. hic Blandanus magnæ abſtinentiæ uir ex Scotia, pater 3000. monachorum, cum beato Maclouio has inſulas ſeptennio perluſtrat. Hic dictus Maclouius Gigantem mortuum ſuſcitat, qui baptizatus Iudæorũ, ac Paganorum pœnas refert, & paulò poſt iterũ moritur, tempore Iuſtiniani imperatoris.

Florentia Tuſciæ ciuitas in Italia. Hic Miniatus martyr ſub Decio. Hic Orientius epiſcopus migrat confeſſor.

Ferraria ciuitas Italiæ. Hic Caſſianus graphiis puerorum, quos docuerat punctus, occiditur ſub Arrianis martyr: In martyrologio tamen apud Forum Syllæ, uel Cornelii, q̃ Imola dicitur, paſſus refertur.

Forum Iulium ciuitas in regione Venetorum, quæ nunc Forumiuliũ, & corrupta uoce Friuliũ uocatur. Hic Maxima uirgo uirtutibus clara in pace quieuit.

Firmium Italiæ ciuitas, in Picenis. Hic Serenus monachus ſub Maximiano imperatore martyr.

Formię ciuitas in Campania, unde ſancti Eraſmi reliquiæ Caietã tralatæ ſunt, nũc uerò Nola dicitur.

Fulda abbatia & cœnobium Germaniæ, cui ꝓfuit S. Bonifacius epiſcopus Maguntius, cuius corpus ibidem ſeruatur. Hic præfuit etiam Rabanus Theologus.

Forum

Ayuntamiento de Madrid

Forum Appii, ubi nunc cœnobium Foſſæ nouæ. Hic beatus Thomas Aquinas confeſſor, migrat.

GAdes inſula, & ciuitas in freto herculeo: cuius populi olim Acii uocabantur, uulgò nunc dicitur, Calis, Hic primùm præfuit Torquatus diſcipulus beati Jacobi apoſtoli, epiſcopus.

Granata ciuitas Hiſpaniæ Beticæ, iuxta Betim fluuium, quæ olim Eliberis regia principum Maurorum. Hic primus epiſcopus præfuit Cæcilius, ut ſuperius dictum.

Galba ciuitas Aphricæ Minoris. Hic Fortunatianus caputanenſis epiſcopus, migrat.

Gerunda Hiſpaniæ Tarraconenſis ciuitas. Hic Felix à Cæſarea Paleſtinæ ueniens, pro fide pẽdulus in caput ſuſpenſus glorioſus martyr.

Gabelliorum Narbonenſis Galliæ Colonia. Hic naſcitur Gelſus puer, quem baptizauit Nazarius Romæ natus, & ibi mart.

Gazorus Paleſtinæ ciuitas, iuxta lacum Aſphaltidem, in quem influit Iordanes. Hic Philippus de numero 72. diſcipulorum Eunuchum Candacis reginæ Aethyopum conuertit. hic Syluanus epiſcopus, cum multis de ſuo clero, ſub Diocletiano mart. Hic Hilarion Antonii diſcipulus habitat, qui Gazoreos, & Aſcalonitas conuertit, & inde profectus in Siciliã, & Illyriam reuerſus apud Paphum Cypri migrat, ſenex, & glorioſus confeſſor.

Gaza Paleſtinæ ciuitas iuxta litus, & fluuiũ, apud quem Eunuchus prædictus Cãdacis reginæ à Philippo baptizatus eſt. Igitur hic errat author dum ſimilitudine nominum deceptus ea, quæ apud Gazam facta ſunt, Gazoro adſcribit: Itaque baptiſmus Eunuchi prædicti (ut patet in Actis apoſtolorum) marty-



Ayuntamiento de Madrid

rium Syluani epiſcopi, ut in Martyrologio, & catalogo apparet; & Hilarionis ſolitudo,& cõuerſatio, ut legimus in uitis Patrum ad Gazam referuntur.

Guriana Mediæ ciuitas. Hic Hormiſda miles cõgnatus Sidigerdonenſis regis Idolatræ filius ſub eodem, uel potius ſub Sapore Perſarum rege martyr. Nam Camelorum ſeruitio uexatus ab eo peremptus eſt; ut in catalogo legimus. Hic Beniamin Diaconus martyr.

Gerbo Aethiopiæ ſub Aegypto, iuxta Nilum ciuitas. Hic Beor poſt mortem Hirtaci tyranni, regnum Aethiopum capit, & hoſtibus conciliatis, Chriſti fidem dilatat.

Gallica Flauia ciuitas Hiſpaniæ Tarraconenſis mediterranea. Hic ſanctus Gerontius epiſcopus glorioſus martyr.

Garganus mons Apuliæ. Hic ſub Zenone Imperatore anno ſalutis 475, apparuit Michael Archangelus,cui in ipſo monte dicatur ædes.

Gothia regio Septentrionalis,ſiue inſula in Oceano Sarmatico. Hinc egreſſa eſt gens Gothorum,quę ſub Conſtantino Magno Chriſti fidem receperat,ſed inde Arianis aſſentiens propter Conſtantinum ſuceſſorem,per Europam,ad Hiſpaniam uſque uagata per annos 300.ſub Imperatore Mauritio, Papa Gregorio,& rege Ricardo baptizata eſt,& Toleti facta fidei profeſſio,iuxta concilia Nicęnum, Conſtantinopolitanum,Epheſium primum,& Chalcedonenſe. Hic Theophilus epiſcopus Bibliam in Gothicam linguam tranſtulit.

Genua,ſiue Ianua illuſtris Liguriæ ciuitas. Hic ſunt reliquiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ. Hic Catinum ſmaragdinũ ineſtimabilis precii, in quo Chriſtus, cum apoſtolis cænaſſe fertur.

Gortyna

Ayuntamiento de Madrid

Gortyna Cretæ ciuitas. Hic præfuit ſanctus Philippus epiſcopus.

Galatia regio Aſię minoris à Gallis incolis dicta, ad hos ſcribit apoſtolus Paulus.

Gallia Europę regio notiſsima, ob chriſtianũ nomen, ſiue à lactis copia, ſiue candore gentis dicta.

Galilæa Syrię regio in Euangelio celebris.

Gelboe Mons Syriæ, ob interitum Saulis, & Ionathæ nominatus.

Hieruſalem regia Paleſtinæ ciuitas, Tẽplo Salomonis, & regali Palatio inſignis. Hic Ieſus infans, ad legem implendam circunciditur. Hic in Templo præſentatur. Hic diſputat duodecennis. Hic in Monte Sion Paſcha facit. Euchariſtiam inſtituit. Pedes diſcipulorum lauit. Sacramenta ſtabiliuit. Hic in horto orat, & capitur. Hic ſuper aſinã ſedens urbem intrauit. Hic cæcum natum curauit. Hic in platea laſſus crucis pondere ſtetit. Hic in Caluario monte crucifigitur. Hic in domo Annæ illuſus. In domo Herodis irriſus. In domo Pilati cæſus eſt. hic Adulteram liberat. Hic ſupra pinnaculum à Diabolo portatur. Hic glorioſus reſurgit. Hic ex Olîueto monte in cœlum aſcendit. Hic in diſcipulos Paracletum miſit. Hic Rex, & Sacerdos Melchiſedech panẽ, & uinum obtulit. hic Matthias in apoſtolum eligitur, & patitur. Hic apoſtoli per orbem prædicaturi prouincias inter ſe partiuntur. Hic à Petro, Ioanne, Iacobo, Paulus, & Barnabas apoſtoli ordinantur. Hic apoſtolorum Symbolum componitur. Hic Iacobus Zebedei ſub Herode obtruncatur. hic Simon filius Cleophæ, poſt Iacobũ fratrem prius interemptum, crucifigitur ſub Traiano. hic Ioſeph iuſtus eorum frater, migrat con

Ayuntamiento de Madrid

confeſſor. Hic Stephanus leuita lapidibus obrutus primus coronam ſuſcipit. Hic in ualle Ioſaphat beatiſſima uirgo ab apoſtolis tumulatur, & indidem in gloriam aſſumitur.

Hierapolis Syriæ ciuitas. Hic Beryllus epiſcopus, de quo ſupra, migrat confeſſor.

Heliopolis Syriæ ciuitas ſupra Berythũ. Hic multę uirgines uelatæ, quoniam idolis immolare nolebant intra cœnobium clauſæ, à porcis deuorantur, ſub Iuliano apoſtata martyres.

Heliopolis alia Aegypti ciuitas inter Nilum, & Sinum intimũ Arabicum. hic Dionyſius Ariopagita, cum Apollophane philoſopho, uidens in tempore mortis Chriſti ſolis eclypſim cõtra Naturæ ordinẽ, dixiſſe fertur. Deus naturæ patitur, ideo uniuerſus obſcuratur, & commouetur. Hic Nonnus epiſcopus, qui Pelagiã peccatricẽ conuertit, migrat confeſſor.

Helleſpontum, quod nomẽ eſt anguſti maris inter Aſiam, & Europam, inſulam putat eſſe hic author, neſcio an intelligat Præconneſum, qui alluitur undis eius freti, an forte Pontum regionem. *Hic* tamẽ Theodorum epiſcopum, & martyrem ſub Diocletiano commemorat.

Herbipolis, ſiue Arctaunum ciuitas magnæ Germaniæ. Hic Lotarius Imperator, qui renunciauit imperio, fundans cœnobium, octo annos ſolitarius uixit, & ad Chriſtum confeſſor migrauit.

Hierapolis alia Lyciæ ciuitas, iuxta Lycũ fluuiũ. Hic Philippus apoſtolus è Scythia, ubi annos xx. prædicarat, ac Martis ſimulacro deiecto, crucẽ exaltarat, & draconem extinxerat, deſcendens, cõfutatis Hebionitis hæreticis crucifixus ab eis, & lapidatus perhibetur: ſiue ſecundum quoſdam, quieuit in pace. hic & duæ ipſius filiæ uirgines migrant, & iuxta

patrem

Ayuntamiento de Madrid

patrem tumulatur, nam tertia Epheſi quieuit. hic Lapias epiſcopus & diſcipulus migrat Ioannis apoſtoli auditor, & Policarpi condiſcipulus.

Hippodromus ciuitas Aethiopię in litore Oceani Atlantici. hinc Iacobię ortum habent, qui euangelium prędicauit, & publicè legunt. Sed anno Domini M C C C C X L. per Eugenium Papam rectius inſtructi ſunt ad ritum Romanę Eccleſię, & habent ſtationem, & altare Hieroſolymis iuxta ſacrũ ſepulchrum.

Hydra Cyrenes in Aphrica, Mediterranea ciuitas. hinc Eraſmus Antiochię epiſcopus, in monte Libano ſeptem annos habitat, deinde in conſpectu Diocletiani Antiochię diu pro fide certat, & ab Angelo tralatus hoc applicat Anaſtaſium prę fectum conuertit, eius filiam ſuſcitat, quadraginta hominum millia baptizat. Deorum Templa ſubuertit: Rurſus certat ſub Maximiano. Statuam Iouis deiicit. & miraculo Formas in Italiam tranſportatus, migrat cõfeſſor. Iude Caietam tralatus.

Hippon regia ciuitas Aphricę. Hic Auguſtinus Carthaginenſis epiſcopus, & doctor pręſtantiſsimus pręfuit, per ſanctum Ambroſium conuerſus, & baptizatus, qui anno ſalutis C C C C X L I. ętatis ſuę ſeptuageſimotertio, imperantibus Theodoſio ſecundo, & Valentiano tertio, tempore Epheſianę Synodi, & Vandalicę perſecutionis, migrat glorioſus confeſſor, cuius corpus in Sardiniam, inde Papiam tralatum.

Hermetis, uel Mercurii ciuitas magna Aegypti. Hic Chriſto puero, & beatę uirgini eius matri, cum Ioſepho in Aegyptum proficiſcentibus Phœnix arbor inclinata miraculosè cibum, ac cultum miniſtrauit. Hic tunc, & per Aegyptum totam Idola collapſa

Ayuntamiento de Madrid

collapſa ſunt, ut narrat Caſſiadorus: Hic Apollonius abbas pater, quadringentorum monachorũ confeſſor.

Heraclia Thraciæ ciuitas. Hic Fœlix, & Ianuarius martyres. Hic Clemens, & Philemon martyres.

Hyperborei montes Sarmatiæ Aſiaticæ. Hic, ut Iſidorus ſcribit, Gryphes aues naſcuntur, alis, roſtro & pedibus anterioribus Aquilis, cætera Leonibus ſimiles, quod Plinius fabuloſum putat.

Hiſpalis ciuitas Hiſpaniæ Herculeo freto, ſupra Betim fluuium, quæ Sibilia dicitur. Hic Leander epiſcopus. hic Iuſtus, & Ruffinus, arte figuli, ſub Diocletiano martyres. hic Herminigildus frater Braulii Cęſarauguſtæ epiſcopi, & Recarendi, à beato Leandro conuerſus, iuſſu Leuigildi Gothorũ regis, ac patris ſui Arriani, martyrio coronatur, anno ſalutis 705. hic Leander conuertit dictum Recarendum, qui fratri, & patri ſucceſsit. hic Iſidorus epiſcopus Leandri frater, & ſucceſſor, qui Etymologias, & alia multa conſcripſit, hic Florentinus martyr, ſub Daciano præſide anno ſalutis. 485. hic Laurianus epiſcopus, & martyr ſub Totila miraculis clarus.

Herbipolis Germaniæ ciuitas. hic Chilianus epiſcopus, cum Colonato presbytero, & Tornano leuita martyres. Item hic Brucardus epiſcopus miraculis claret.

IErichus, ſiue Ierico Paleſtinę ciuitas propè Iordanem. hic cæcus clamans, Ieſu fili Dauid miſerere mei, ab eo illuminatur. hic Chriſtus à Zachæo in domum ſuſcipitur.

Iordanis iudęę fluuius illuſtris, qui à Libano mõte exortus, lacum Genezaret, inde mare Tiberia-

dis

Ayuntamiento de Madrid

dis efficit, & in lacum Aſphaltidem, ſiue mare mortuum, in quo Sodoma, cum cæteris vrbibus, ſeruato cum ſuis Loth, incendio abſumptæ ſunt, delabitur. Hic Ioannes Chriſtum baptizauit. hic abſumpto per currum igneum Helia, Heliſeus diuiſis aquis tranſiit.

Inſula, ſiue regio Parthia. hic fuerunt corpus Matthæi apoſtoli a ſuperiori India tralatum, & in monaſterio religioſorum poſitũ, magnæ incolis eſſe venerationi.

Iconium Cappadociæ ciuitas. hic Conon cum filio puero ſub Aureliano martyr. hic Amphilochus epiſcopus, qui Magni Baſilii vitam ſcripſit, migrat confeſſor. hic & ſancta *Tecla* uirgo patitur.

Iarzita interioris Lybiæ ciuitas. hic Iſidorus abbas, & pater quatuor millium monachorum migrat.

Ityca Numidiæ ciuitas, hic uixit *Paulus* Oroſius Tarraconenſis; & ad petitionem ſancti Auguſtini Chronica ſcripſit. Et cum Euodio epiſcopo Vticẽſi in Syriam ad Diuum Hieronymum inſtruendus de immortalitate animæ, & de peccato originali miſſus, attulit inde Reliquias ſancti *S*tephani, per quas in Aphrica miracula renouantur. Verum Oroſius Carthagine obiit, & Romam tralatus eſt, ut ait Gennadius.

Ianua, quę & Genua celebris Italiæ ciuitas. hic ſanctus Sabon epiſcopus migrat confeſſor.

Ilerda Hiſpaniæ Tarraconenſis ciuitas. hic habitat Anaſtaſius miles Diocletiani, qui diu fuit ĩ uinclis Tarracone, uel Cæſarauguſtæ, & Barcinone moritur.

Iconium ciuitas Hiſpaniæ. hinc fuit Quiricus puer triẽnis, qui cum Iulita matre in Ciliciam profectus, anno Domini 230. Iulii 15. ſub Alexandro Impe-

Ayuntamiento de Madrid

Imperatore martyrium paſſus.

Imaus, Emodius, Bepyrus, & Meandrus ſunt Indię montes. Hic ſtella primùm apparuit, quę Magos duxit; quos Thomas apoſtolus ibi Epiſcopos feciſſe traditur.

Libanus *Syrię* mons. Hinc ortum habet Iordanes uerſus meridiem, & Orontes uerſus Septētrionē delabentes. Hic Eraſinus Epiſcopus Diocletiani perſecutionem uitans ſeptem annis habitauit; & hinc Formias in Italiam reuerſus migrat: inde Gaietam tralatus.

Lybia Cyrenaica prouincia. Hic orta eſt Sybilla *Lybica*, quæ finem Iudaicę legis; & Saluatoris ortum prædixit.

Lyazana Lybię interioris ciuitas. Hic Philippus Imperator primus Chriſtianus fit, ſub Fabiano Papa, & communionem in die Paſchę ſumpſit; qui mox Hecii fraude interiit.

Lares Aphricæ ciuitas. Hic Maxima, Donatilla, & Secunda uirgines gladio iugulantur martyres. Hic chriſtiana religio eouſque floruit, ut ſub Boni facio Papa Zoſimi ſucceſſore Aphricani de primatu cōtenderint, donec præmiſsis Fauſtino Potentiæ in Italia epiſcopo, & pro Aphricano Philippo, & Aziio presbyteri, primatum Papę confeſsi ſunt.

Legio Auguſta, Aphricæ ciuitas. Hic ſancta Monycha Auguſtini mater cum ipſo naſcitur.

Londinium Anglię ciuitas. Hic Albanus miles ſub Maximiano Imperatore mart. Hic Beda Venerabilis presbyter claret, & anno Domini 734. Leone Imperatore migrat. Hic decem & octo Carthuſiani monachi ob Eccleſiæ Romanæ defenſionē iuſſu Herici octaui Regis, immanibus ſuppliciis an



Ayuntamiento de Madrid

no Domini 1535. abſumpti. Hiſpa

Lucina ciuitas Aegypti. Hic ſunt duodecim monaſteria uirginum magnę ſanctitatis. Hic Pacomius abbas miræ uir abſtinentiæ pręfuit ſex millibus monachorum. Hic in aegypto Nittia, & Lybia tempore Valētis, & Gratiani Imperatorum, tanta fuit multitudo monachorum, ut compellerentur ad militiā, multis eorum occiſis.

Leonton ciuitas Aegypti. Hic naſcuntur Anatolius epiſcopus Laudicię, Cirillus epiſcopus Alexandrię, qui Cœleſtini *Papę* uicem geſsit in *Synodo* Epheſiana prima contra Neſtorium, & Alexandriæ ſub Theodoſio iuniore migrat.

Lycon ciuitas Aegypti. Hic Bartholomæus Apoſtolus primum prædicat, & inde tranſit in Indiam citeriorem.

Lacedon Peloponeſi ciuitas. Hic Hermes epiſcopus diſcipulus Pauli apoſtoli prædicat, qui Romæ fuit mart.

Lariſſa Macedonię ciuitas iuxta Peneum fluuiū. Hic author de Germano meminit, quem ſcilicet Paulus ad Philipp. IIII. compellat, dicens, Rogo & te Compar Germane: Verum nonnulli legunt Compar Germana, quaſi ſororem appellans.

Luca ciuitas Tuſciæ in Italia. Hic Hyracinthus, Quintus, Lucius, & Felicianus mart.

Laodicia Lyciæ ciuitas. Hic ſanctus Sagarius epiſcopus ſancti Pauli diſcipulus, migrat. Hic alter Apollinaris epiſcopus, qui contra Porphyrium ſcripſit, ut ait Hieronymus.

Laudum ciuitas Italiæ. Hic Baſsianus epiſcopus migrat confeſſor.

Lugdunū Galliæ Lugunēſis metropolis. Hic Photinus epiſcopus nonagenarius cū quadraginta octo

chi-

Ayuntamiento de Madrid

Imperiſtianis ab Antonino Imperatore martyr. Hic Hireneus epiſcopus ſucceſſor Photini literis clarus, cum pluribus aliis ſub Seuero Imperatore martyr. Hic Epipodius, & Attalus ex Pergamo Aſiæ ciuitate ſub Antonino Imperatore martyres. Hic ſanctus Iuſtus epiſcopus, ſed in Aegypto migrat confeſſ. Hic Pilatus, & Herodes relegati obiere.

Liſbona, ſiue Vlyxbona, quam Ptolemæus Odyſſiponem nocat, Luſitaniæ, ſeu Portugalliæ regia. Hic Maximus, Veriſsimus, & Iulia ſoror martyr. hic Antonius primùm canonicus, poſtea minorita nus monachus oritur, ac poſtea Patauium illuſtrat confeſſor.

Limoniũ Galliç Aquitaniæ ad Oceanum ciuitas. hic Martialis diſcipulus conſanguineus Stephani protomartyris, à Petro baptizatus, & in Galliam delegatus prædicat, & anno Domini 74. migrat confeſſor. hic Valeria uirgo pro caſtitate pugnans martyr. hic Elidius, qui Aloigius, & Aloeus epiſcopus Nouiomenſis oritur.

Lemouici populi à ciuitate prędicta denominati. hic Leonardus abbas in ſylua degit. quem Clodoueus rex de fonte leuatum Remigius Remenſis epiſcopus baptizauit.

Lutetia Pariſiorum urbs inſignis in Gallia, nunc Regum ſedes, & olim Caroli Magni, & Palatinorũ Ducum regia. hic plures ſancti martyres, epiſcopi, confeſſores, & uirgines. hic Vſuardus prębyter, Caroli præceptor Martyrologiũ ampliauit, quod opus ab aliis deinceps ſucceſſiue adauctum eſt.

Leontinum ciuitas Siciliæ. hic ortus Gorgias orator, & alii præclari uiri. Hic Alphius, Philadelphius, & Cyrinus martyres, ſub Licinio imperatore, ac Tertullo præſide.

Legio.

Ayuntamiento de Madrid

Legionenſis urbs regia Leonenſis regni in Hiſpania. Hic Marcellus cum filijs undecim, martyr: & vxor eius Nonia cum filio paruo ſuperſtite in lacu abſorpta, uel in urbe Tingitana Mauritaniæ.

Libyum caſtrum, oppidum Aragoniæ. Hic Aemilianus primū opilio, inde eremita quadraginta annos in ſolitudine uixit, à Felice inſtructus, mox Eccleſiæ Vercellenſis ſacerdos, ubi iacet.

Mare mortuū, ſiue lacus Alphaltis. Huc influit, & abſorbetur Iordanes fluuius. Hic Sodoma, & aliç ciuitates, excepto Loth cum ſuis, incendio abſumptæ.

Magdala, Galilææ oppidum in Paleſtina. Hic Lazarus, Magdalena, & Martha, Syro, & Eucharia parentibus exortæ, quæ in Galliam poſt Chriſti Aſcenſionem nauigant.

Maza, quæ & Cçſarea, Cappadociæ ciuitas mediterranea. Hic Gregorius Nazianzenus, & idē Patriarcha C[illegible]opolitanus pceptor Hieronymi migrat.

Meſa Domini locus inter duo maria Iordanis, iuxta Capernaum. Hic Dominus de quinque panibus, & duobus piſcibus pauit quinque hominum milia. Inter quos fuit Eutropius de genere Perſarum Regum: qui mox à Clemente Papa deſtinatus in Galliam apud Santonas fuit epiſcopus, & martyr.

Mōs Tabor i Iudea. Hic Dominus trāſfiguratur.

Megaloſſus montana Cappadociæ ciuitas. Hic ſanctus Gregorius notes ex nobili proſapia naſcitur à quo regio denominatur.

Menapia Bactrianæ prouinciç ciuitas. Hic Paulinus epiſcopus ſub Conſtantino migrat.

Maagrammum inſulç Taprobanæ Metropolis. ubi Calmela martyr paſſus.

Miletus Gariæ ciuitas in Aſia. Hic Paulus poſt interitum Iacobi Maioris prædicat. Eccleſiam Epheſianam congregat, & Timotheum epiſcopum Epheſi ordinat.

Myrrha Lyciæ ciuitas. hic Nicolaus epiſcopus Pataræ ortus, qui concilio *Nicæno* interfuit, ſub Cõſtantino migrat confeſſor, anno Domini 343. cuius corpus Barium in Apuliam tralatum anno Domini M. LXXXVII.

Metropolis Aſiæ minoris ciuitas. hic orta eſt Sibylla Phrygia.

Meroe inſula Nili. hic Gregorius, & Andreas eremitæ vixerunt. hic Anachoretarum, & monachorum cænobia, & cellę plurimæ.

Mare Aethiopum ſemper feruens. hic tempore primi Theodoſii circa annum Domini 400. floruit Heraclites, qui ſcripſit ad Lauſum epiſcopum, ſiue prefectum de vita monachorũ Aegypti, Libiæ, Thebaidis, Meſopotamiæ, Sirię, Paleſtinę, atque Campanię. Authorem tamen libri Palladium monachũ Cappadocem fuiſſe tradunt, à cuius nominis ſimilitudine liber Paradiſus vulgo dicitur.

Magura, ſiue Gira Libiæ ciuitas. hic Euagrius abbas plurium monachorum, migrat confeſſor.

Magidis Pamphilię ciuitas litoralis. hic Stephanus quadraginta annos incluſus, Vir venerabilis ſub Conſtantino tiranno multa paſſus moritur.

Muſta ciuitas Aphricæ minoris. hic ſancta Gudenis ſub Ruffino conſule mart.

Melita dictę Aphricę ciuitas. hic Optatus epiſcopus, qui ſcripſit contra Donatiſtas, migrat confeſſor, ſub Valeriano. hic ſub Innocentio Papa fit Synodus 214. epiſcoporum contra Pelagium. interfuerũt Siluanus. hic epiſcopus, Aurelius Carthaginenſis, & Augu-

Auguſtinus Hipponenſis epiſcopi.

Melita inſula ſiculi maris. Hic Paulus Romam nauigans tres menſes, miraculis claret, à Publio exceptus.

Mniara Mauritaniæ Cęſarienſis ciuitas. Hic Thimotheus, Polius, & Eutychius prædicatores uerbi Dei patiuntur martyres.

Mauritania Cæſarienſis Aphricæ prouincia. Hic orti 360. martyres, ſocii beati Gerionis anno Domini 286. Coloniæ in Germania, ſub Diocletiano, & Maximiano martyr. hic Martiana uirgo, & martyr., cuius corpus tralatum in Burgundiam, ad cœnobium ſancti Benigni.

Memphis Aegypti ciuitas. hic Iulianus epiſcopus, cum aliis numero quinque millibus, ut in Martyrologio Vſuardi, martyres; ſed de crudelitate Diocletiani apud Syriam, Thebaidem, & Aegyptũ lege octauum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ librum.

Metropolis Theſſaliæ ciuitas, iuxta Peneum fluuium. hic naſcitur Ioannes Caſſianus, diaconus Ioãnis Chryſoſtomi in Eccleſia Conſtantinopolitana, qui collationes Patrum ſcripſit, & Mariſiliæ ĩ Gallia migrat.

Maguntia, quæ prius Neomagus, Belgicæ Galliæ iuxta Rhenum ciuitas. *Hic* ſanctus Bonifacius natione Anglicus, pontificius Legatus, Germaniam; Bauariam, Auſtriam, Saxoniam, & Phriſiam conuertit, & baptizat; Epiſcopos, & Parochos inſtituit, & tandem in Phriſia moritur martyr. Hic Lullius epiſcopus, & confeſſor. hic ſub Rabano Danorum rege, Lotario Imperatore, & Leone Papa per Synodum fit profeſſio fidei catholicæ.

Mitylenæ in Lesbo inſula Aegei ciuitas. Hic Paulus apoſtolus conuertit Paulum præfectum Romanum,



Ayuntamiento de Madrid

num,confeſſor qui migrat.

Miſenum Campaniæ,iuxta Neapolim ciuitas.Hic Zozimus ſub Diocletiano martyr.Hic Eleutherius epiſcopus,& Antia mater eius ſub Hadriano Imperatore,martyres.

Mantua Italiæ ciuitas. Hic Pontianus, Carpophorus,& Abundius martyres.

Mons Caſsinus ciuitas Italiæ. Hic Benedictus abbas multorum monachorum illuſtris pater claret. Hic Scholaſtica eius ſoror migrat, ut Gregorius in ſecundo dialogorum.

Mediolanum ciuitas Ciſalpinæ Galliæ. *H*ic ſanctus Barnabas,qui ante apoſtolos Romam fidē detulit, ſecundum quoſdam, primus epiſcopus. Sed apud Paphum in Cypro martyr. Hic ſanctus Sebaſtianus nutritur,Narbonę ortus, & Romæ marty. Hic Victorinus ſub Maximino mart.Hic Geruaſius, & Protaſius,ſub Nerone martyr. Hic ſanctus Ambroſius Romę natus,baptizat Auguſtinum, poſtea Hipponenſem epiſcopum, & ambo canticum; Te Deum laudamus;recitant,qui Ambroſius multæ authoritatis fuit apud Theodoſium Imperatorem, & ſub Arcadio migrat.Hic Petrus ordinis prædicatorum per factionem hęreticorum peremptus martyr ſub Innocentio quarto.

Meuania, ſiue Leuania Tuſcię ciuitas. Hic Vincentius Meuię epiſcopus migrat.

Mons Iuraſſus, qui & ſancti Bernardi apud Lingones in Gallia Belgica.Hic ſanctus Bernardus Archidiaconus Auguſtę, in eremo Claræ uallis abbas illuſtris habitauit.

Mantua Hiſpa æTarraconenſis mediterranea ci-Hic Melchiades Papa ortus, RomæMaſi ſub Maxentio martyr.

Marſilia

Ayuntamiento de Madrid

Marſilia Narbonenſis Galliæ, ciuitas notiſsima. Hic Lazarus, quem Dominus ſuſcitauit epiſcopus pręfuit. Item Maximinus Aquenſis epiſcopus per annos quadraginta, qui Mariæ Magdalenæ tradidit euchariſtiam, & ſepulturam, & ſuperuixit annos quinque. Item Chelidonius, qui fuit ille cæcus natus, quem Dominus curauit, Maximini dicti diſcipulus. Item Maria prædicta Lazari ſoror, quæ in ſpecu iuxta Marſiliam uixit. Item Martha eius ſoror, quæ iuxta Rhodanum fluuium, & Auinionem vrbem virginum præfecta Deo ſeruiuit. Item Marcella Marthæ pediſſequa, quæ in Illyria prædicauit, & decem annos ſuperuixit. Qui omnes è Syria pulſi à Iudæis huc adnauigarunt. Hic Euodius, Syntychæ, Epaphras, Demoſthenes, de Syria similiter applicant.

Metis, quæ & Diodorum Gallię Belgicæ ciuitas. Hic ſanctus Clemens Patruus beati Clementis Papę Galliam inſtruxit, hanc ciuitatē à dracone liberat, & epiſcopus in ea cleru inſtituit, & hic migrat glorioſus. Hic Arnulphus epiſcopus ex domo illuſtri Francorum Auſtralium, epiſcopatu relicto cū claudis, & leproſis, quibus ſeruiebat tranſiens ad eremum migrat confeſſor. Hic ſanctus Cleodulphus epiſcopus migrat. Hic ſanctus Gericus in Aquitania natus migrat confeſſor. Hic beatus Diodericus epiſcopus cognatus Henrici Imperatoris, infinitas cō gregat ſanctorum reliquias.

Meſſana. Siciliæ inſulę urbs primaria, in qua regę monetę officina. Hic Albertus Carmelita ex nobili Abbatiorum, & Palicorum proſapia Drepani ortus, migrat confeſſor tempore Federici Regis, & Guidoti Archiepiſcopi. *Hic* Placidus ſancti Benedicti diſcipulus, Tertulli Patritij filius,



Ayuntamiento de Madrid

Eutychius,& Victorinus cum triginta ſociis, & Flauia ſorores, ſub Sarracenis martyr. hic Ampelus & Caius martyres in Martyrologio leguntur. Hic claruit Ioannes Catus monachus Dominicanus, & epiſcopus Cephalædis Theologus, & concionator memoriæ incredibilis. hic & Euſtochium ordinis ſancti Franciſci uirgo celebris migrat, in ſuo cœnobio tumulata. Hic apud Vallem ſeptentrionalem in ſpecu Nicander, cum Demetrio, Petro, Gregorio, & Eliſabeta ſociis Anachoretæ ſimul migrant. hic Ricardus Anglicus archiepiſcopus ſeptimo Auguſti, anno ſalutis 1155. migrat, ſepultus in æde diui Nicolai, quæ tunc mater Eccleſiarum erat, & olim prędictorum Placidi, & ſociorũ oratorium.

Mons regalis, ciuitas Pruſsiæ. hic ſanctus Adalbertus epiſcopus Pragenſis, in Boemia, natus diſcipulus ſancti Bonifacii epiſcopi Magũtini, in Phriſia martyris, prædicat in Germania, Bauaria, Auſtria, & Vngaria, ubi baptizauit Stephanum regem, migrat martyr; cuius corpus in Poloniam tralatum, & Gnieſnæ ſepultum. hic ordo militum Theotonicorum inſtituitur,

Metach uilla Felicis Arabiæ. hic anno Domini DCXXIIII. Alcoranus liber componitur à Maumeto. Item Talmut Iudęorum anno CCCC quorum doctrina ſeductus eſt orbis: unde uerſus.

Maumet prophanus ſeduxit in orbe Paganos Talmut Iudæos. Viclet Anglos. Huſque Boemos.

Mecha, ſiue Mechura ciuitas Arabię dicta: Vbi impii Maumeti ſepulchrum. Magorum inſula in ſinu Arabico. Hinc ꝓfectus creditur Melchion unus ex tribus Magis ad Chriſtum natum, qui apud Tharſum regnauit.



Ayuntamiento de Madrid

NEapolis Cāpaniæ ciuitas illuſtris, regni Neapolitani metropolis quod regnum Sicilia ultra pharum dicitur. hic Ianuarius Beneuentanæ urbis epiſcopus, Feſtus, Proculus, & Soſius diaconi, Deſiderius, Eutychius, & Achatius, ſub Diocletiano Imperatore, & præſide Dracontio, apud Puteolos martyres. Hic Agnellus abbas claruit.

Numidia ciuitas Africæ. Hic uiginti duo martyres Numidarum apoſtoli, ſub Valeriano imperatore, ut teſtatur Auguſt. in ultimo de ciuita. Dei.

Naim Paleſtinæ ciuitas. Hic in porta urbis Chriſtus filium uiduæ ſuſcitauit, ut habetur Lucæ. 7.

Neapolis, alias Sichem Iudeæ ciuitas. Hic Chriſtus fatigatus ſedens ſuper puteum Iacob Sammaritanam conuertit. Hic Philo uir deſertus Alexandriæ natus habitat. Hic ſanctus Iuſtinus naſcitur, inde ſub Commodo Romæ martyr.

Nazaret Galileæ ciuitas. Hic concipitur, & naſcitur beata Maria uirgo. Hic à Gabriele Archangelo annunciatur Chriſtus beatę virgini, quem de ſpiritu ſancto conceptum in Bethleem enixa eſt. Hic nutritur.

Niſibis Meſopotamiæ ciuitas. Hic Simon Seleuciæ, & Chtheſiphontis epiſcopus, cum ſorore ſua, & Clero ſub Sapore Perſarum rege martyr. Hic ſanctus Iacobus dictus Sapiens epiſcopus, librum edidit de immortalitate Animæ, & Reſurrectione corporum, & hic migrat confeſſor.

Nicopolis Armeniæ minoris ciuitas. Hic ſanctus Ianuarius, & Pelagia martyres.

Niſerga Perſidis ciuitas. Hic Simon, & Iudas coram rege Zaroen, & Arphaxat Magos uincunt, & regem cum ſuis conuertunt, à quo deſtinantur ad prouincias Suſianam, Mediam, Aſſyriam, Babyloniam,



Ayuntamiento de Madrid

& Perſidem, per annos tredecim prædicantes, & tandem in ciuitate Suſis patiuntur.

Neocæſarea Cappadociæ ciuitas. Hic Gregorius epiſcopus ſub Galeno, & Valeriano imperatore martyr. Hic Theodorus epiſcopus diſcipulus Origenis ſcripſit in Eccleſiaſticum: Italiam viſitauit, vbi conuertit ſacerdotẽ Apollinis, qui ei ſucceſsit. Hic ante Concilium Nicænum celebrata Synodus, & Canones facti, p̄fatus Theodorus dictus eſt poſtea Gregorius, qui truncatus manus per Maximinum imperatorem Concilio Niceno interfuit. Hic Syluanus epiſcopus, per quem ſanctus Petrus ſcripſit epiſtolam Orientalibus, ſub Valeriano martyr.

Nicopolis alia Ciliciæ ciuitas. Hic Nicanor unus è ſeptẽ diaconis prędicat, poſtea in Cypro martyr.

Nicomedia Bithyniæ ciuitas. Hic Hadrianus miles Maximiani de fide Chriſti inſtructus, membratim diuiditur, ipſo imperatore præsẽte martyr vna cum uigintitribus militibus. Hic ſancta Barbara uirgo naſcitur, & ſub Diocletiano imperatore martyr occubuit. Hic Pantaleon ſub dicto Maximiano martyr. Hic Dorotheus, & Gorgonius, cum ſocijs ſub Diocletiano martyres, annos Domini 380. poſt multos aũt annos corpus ſancti Gorgonij Romam, & anno 763. per nepotem Pipini regis in Galliam tralatum eſt. Hic Annibal formidans ſeruitutem Romanorum, uenenum hauſit.

Nicæa Bithyniæ ciuitas. Hic Theodora, cum tribus filijs igne crematur, ſub Licinio. Hic Vrſacius epiſcopus migrat. Hic anno Domini 314. celebratur magna Synodus Nicæna epiſcoporum 318. ſub Syluestro Papa, & Conſtantino magno imperatore, atque Symbolum Nicænum componitur.

Nigira metropolis interioris Libyę. Hic Moyſes epiſco-

Ayuntamiento de Madrid

epiſcopus uerbo,& ſignis clarus,Getulorum apoſto lus migrat confeſſor.
Neapolis,quę & Leptis,nūc Tripolis,Africæ minoris ciuitas.Hic Martianus, & Satyrianus cum ſocijs 260. exilium paſsi ad terga equorum trahuntur, & coronantur martyres.
Nicopolis Epiri ciuitas.Hic Eleutherius Papa naſcitur , qui Lucium regem Anglorum cum ſuis conuerſum anno Domini 180. baptizari fecit,ſub Antonino Commodo, Romæ martyr. Hic Paulus epiſcopus , qui concilio Niceno interfuit,migrat.
Nuremberba,ſiue Segodunum,Germaniæ ciuitas. Hic ſunt duo claui, & ferrum lanceæ paſsionis Dominicæ inſtrumenta.
Nodroſia ciuitas Noruegiæ . Hic ſanctus Olaus glorioſus huius regionis apoſtolus , moritur martyr.
Nola ciuitas Campaniæ. Hic Eraſmus Antiochiæ epiſcopus,ſub Maximiano martyr.Hic Felix epiſcopus ſub Diocletiano mart. Hic Paulinus epiſcopus nutritur cum ſancto Seuero Aquitanico confeſſor.
Nomentum ciuitas Italiæ.Hic Primus, & Felicianus ſenes Romani , ſub Diocletiano martyres.
Nicæa Italiæ ciuitas.Hic Tryphō potēs in dæmoniis eiiciēdis, qui filiā imperatoris curauerat in urbe ſub Decio martyr. Hic ſanctus *H*oſpitius incluſus,tempore Guntrani migrat confeſſor.
Nouaria ciuitas Italiæ . Hic ſanctus Auentius migrat epiſcopus.
Narbona Galliæ Narbonenſis Colonia. Hic ſanctus Sebaſtianus naſcitur , & Mediolani nutritus Romæ martyr fuit.Hic Paulus epiſcopus Pauli apoſtoli diſcipulus prędicat, & totam Gothiam,& *S*eptentrionem conuertit.
Nemauſum

Nemauſum dictæ prouinciæ Coloniæ. Hic ſanctus Baudelius martyr.

Nurcia ciuitas Italiæ in agro Piceno, iuxta quã ẽ Antrum Sibillę Cymerię, & lacus Dæmonum.

Niniue Aſiriæ ciuitas. hic iacet Tobias ꝓpheta.

OSca Hiſpaniæ ciuitas. hic Munilia, & Helodia ſorores, ſub matris Chriſtianę doctrina eruditę, poſt laudabilem vitam martyrium ſub Sarracenis pertulere. hic ortus Vincentius leuita, inde martyr Valentiæ.

Oſicerda Hiſpaniæ Tarraconenſis ſupra Saguntum ciuitas. hic hoſpitale Rõceuallis; in quo quieſcit Rolandus, qui cum cæteris Palatinis Ducibus ſub Carolo magno pro fide pugnans, proditione Gani occubuit.

Oſtia Latii ciuitas, in oſtio Tyberis orientali. hic ſanctus Gallicanus in Scithia conuerſus, in Libia diu uacãs operibus miſericordiæ, inde ex Oſtia, ubi morabatur, Alexandriam reuerſus, cum ſacrificare Diis nollet, ſub Iuliano martyr ibi iacet.

Oſmai ciuitas Hiſpaniæ. hinc ortus ſanctus Dominicus, ex uilla Calagura prædicatorum ordinis fundator, qui deinde Bononiæ deceſſit, anno dñi 1226.

Oblia, ſiue Abyla, Hiſpaniæ ciuitas. hic Secundus epiſcop⁹, unus ex diſcipulis Iacobi maioris apoſtoli, præfuit. hic ſancta Sabina, Chriſtina, & Vincentius, ſub Diocletiano mart.

Oſma, uel Goxoma, ciuitas Hiſpanię. hic Petrus Oxomenſis epiſcopus, inter uiros ſanctitate inſignes memoratur.

Onophis ciuitas Aegypti. hic ortus Onophrus Anachoreta, ab ipſius urbis nomine denominatus, in uitis Patrum celebris.

Olym-

Ayuntamiento de Madrid

Olympus Lyciæ ciuitas. hic præfuit Methodius, poſtea Tyri epiſcopus, & mart. prophetico ſpiritu clarus.

PAriſius, quæ & Lutecia Galliæ totius regia. hic Eugenius à Dionyſio epiſcopo Pariſienſi epiſcopus Toletanus ordinatus, cūq; ipſum reuiſeret, iuxta urbem decollatus, & in lacum proiectus, inde anno trigeſimo reperto, in ipſo magiſtri Tēplo conditus: cuius brachium à Ludouico rege Toletanis cōceſſum multę fuit uenerationis. hic Dionyſius epiſcopus, Ruſticius presbyter, & Eleutherius Diaconus à Clemente Papa miſſi, mart. hic ſanctus Ionius conſors ſancti Dionyſii. hic ſanctus Germanus epiſcopus. hic ſancta Genofeſa uirginum præfecta. hic Petrus Lombardus, Vgo, & Richardus de ſancto Victore Theologi claruere.

Pella Paleſtinę ciuitas ſupra mare Tiberiadis. hic poſt paſsionē Chriſti ex Ieroſolymis Iudæorū perſecutionem declinans, ante diuiſionem apoſtolorū, recedit pro tempore eccleſia catholica.

Philadelphia Aſiæ minoris ciuitas. hinc orti ſeptem diſcipuli Ioannis apoſtoli, qui cum Polycarpo epiſcopo ſub Marco Antonio, & Lucio Aurelio Smyrnę mart. paſsi.

Patmos, quæ etiam Poſiduum, Inſula Aegei maris. hic Ioannes apoſtolus è Roma reuerſus, exulans ſub Domitiano ſcripſit Apocalypſim, & poſt obitū illius Epheſum rediens, uiduam Druſianam reſuſcitat, & ibi ad Dominum migrat.

Perſepolis Perſiæ ciuitas. hic ad Parthos, ut teſtatur Vigilius Papa in quadam epiſtola, Ioannes apoſtolus ab Epheſo ſuam primam canonicam ſcribit epiſtolam.

Per-

Ayuntamiento de Madrid

Pergamus Aſiæ minoris ciuitas. Hic ſanctus Ioannes apoſtolus iuuenem à morte ſuſcitat, & diuites relapſos pænitentes recipit.

Paphos inſulę Cypri ciuitas. Hic Titus diſcipulus Pauli, ad quem ſcribit, moritur.uel potius hic fuit Titus Botryēſis Epiſcopus,de quo Hieronymus. Hic Hilarion Antonii diſcipulus de Gaza Syriæ in Sicilia,& Illyria peregrinatus deceſsit.

Ptolemais Aegypti ciuitas. Hic Anemur huius Indiæ,ſiue Aethiopiæ rex furit contra chriſtianos, etiā p Aegyptū,& Arabiā.Hic Caſpius,& Sanſon monachi,ſub dicto rege incendio conſumpti martyres.

Punſa interioris Libyæ ciuitas. Hic Matthæus apoſtolus baptizat Egippum regem,Beor eius filiū, & Eugeniam filiam, quos alibi Euphronem,& Iphigeniam nuncupatos legimus, ipſumque apoſtolum in Iudæa,ubi euangelium hebraice ſcripſit, in Aegypto & Aethiopia prædicaſſe.

Pentapolis Cyrenes prouinciæ ciuitas.Hic beatus Marcus diu prædicauit, & hinc per Aegyptum ſuperiorem in Arabiam tranſiit. Hic Theodorus epiſcopus,Cyrenęus diaconus, Serapion, & Ammonius lectores, ſub Diocletiano martyres. Item Alexander epiſcopus Alexandriæ,qui de uictoria contra Ariū in concilio Nicæno habita ſcripſit ad ciues Pētapolis. Ptolemais alia Cyrenes ciuitas. Hic eccleſia quædam eſt,in cuius parietibus ſanctorum figuræ quædam, ſiue umbræ deambulantes in feſto Aſcenſionis,quotannis,cum magna concurrentium admiratione conſpici perhibentur.

Pompeiopolis Galatię ciuitas. Hic ſanctus Sophronius confeſſor migrat, ſiue ille ſit de quo Hieronymus,& qui multa gręcè ſcripſit,an alius.

Phile ciuitas Aegypti ultra Syenem paululum. Hic

Cheremo

Cheremõ epiſcop⁹. ſub Decio imperaptore martyr: & uidetur eſſe ille, de quo in hiſtoria Eccleſiaſtica, qui cum grandeua coniuge in Montana ſecedens, nuſquàm inde comparuit epiſcopus ſcilicet Nicopolis urbis Aegypti. Hic ortus Ioannes eleemoſynarius, Alexandrinus Patriarcha.

Peluſium Aegypti ciuitas, iuxta orientaliſsimum Nili oſtium. Hic Arſenius ſenatoris filius in palatio Gratiani,& Theodoſij imperatoris nutritus, ꝗ quadraginta annos eremum coluit. *Hęc ciuita* ab Aelio Hadriano inſtaurata Aeliopolis dicta eſt, nunc uero Damiata uocatur.

Philippopolis Thracię ciuitas. hic ſanctus Flauianns epiſcopus Conſtantinopolis, qui Eutychetẽ oppugnauerat, exultat ſub Theodoſio iuniore.

Perinthus Thraciæ ciuitas. hic contemplationi operam dedit Timõ de numero ſeptem diaconorũ, deinde Corinthi martyr. hic ſanctus Domitianus cum octo millibus mar. hic S. Anaſtaſius ſub Zenone imperatore martyr.

Patræ, urbs, Peloponẽſi in ſinu Iõico. hic Andreas apoſtolus prędicat, Egeã pręfectum arguit,& crucis myſterium docens, cruci affigitur mart.

Philippi ciuitas Macedoniæ. hic Parmena de numero ſeptem diaconorum mart. hic Timotheus,& Diogenes martyres.

Phineopolis, Traciæ ciuitas. hic Philippus apoſtolus per Scythię inferiorẽ xx. annos p̃dicat, deiectaq; Martis ſtatua, populum a peſtifero dracone liberat, multa hominũ milia baptizat,& in Aſiã reuerſus, ab Hebionitis hæreticis cruce, ac lapidibus interijt.

Pręneſte ciuitas Latij propè Romam. hic Agapetus adoleſcens neruis cæſus & aliis cruciatibus afflictus, ac feris expoſitus, ſub Aurelio martyr.

Pe-

Ayuntamiento de Madrid

Peruſia notiſsima Italię ciuitas. hic Heraclianus, ſiue Herculanus epiſcopus ſub Gothorum perſecutione excoriatus, cuius corpus poſt multos annos integrum repertum eſt.

Piſa Tuſciæ ciuitas ſecus Arnum. hic Torpes de primoribus Neronis, ſub eo mart.

Placentia, ciuitas Italiæ. Hic Sabinus epiſcopus, qui Padum inundantem in alueum redire iuſsit. Hic Darius Mediolanenſis, qui ex Corintho Byzantium pergens, à quodam hoſpitio dęmones expulit.

Padua, ſiue Patauium Lumbardię ciuitas. Hic ſanctus Daniel. hic Proſdocimus epiſcopus migrat. hic Antonius ex Luſitania minorum ordinis confeſſor migrat. hic Leontius epiſcopus & mart.

Pergamus, quam Bergamum uocant, dictæ prouinciæ ciuitas. Hic Alexander epiſcopus de legione Thebęa, cui præfuit Mauritius miles, ſub Maximiano martyr.

Papia, ſiue Ticinum eiuſdem prouinciæ ciuitas. Hic Symachus, & eius gener Boetius Philoſophus uiri patritii, ſub Theodorico Gothorum rege martyres. hic S. Martinus nutritur, & Turoni epiſcopus migrat. huc de Sardinia per Lintprandum Longobardorum regem transfertur beati Auguſtini Hipponenſis epiſcopi corpus. Hic S. Euodius, ſub Anaſtaſio imperatore confeſſor. Hic S. Epiphanius tempore beati Remigii, migrat confeſſor. hic Theodelinda Bauariæ Ducis filia, Agiulfi Longobardorũ regis uxor, religioſiſsima eccleſiã ſancti Petri fundat, & alibi alias; quæ uirum mitiorem reddidit, ad quã extant quędam diui Gręgorii epiſtolæ.

Põpelon Hiſpanię ciuitas Nauarrę metropolis. hic naſcitur Firminus, qui ordinatus presbyter à ſancto Honorato Toletano epiſcopo, Ambiani prę-

d. cat

dicat in Gallia,& ibi epiſcopus, & mart. migrat.

Pictauium Galliæ Aquitanię ciuitas. hic Hilarius epiſcopus literis clarus, Arrianorũ factione relegatus exilium patitur, & Valentiniano, ac Valente regnantibus, migrat confeſſor. hic ſancta Florentia uirgo migrat. hic ſanctus Mezentius epiſcopus frater Maximiani Treuerẽſis epiſcopi, qui ſuſcepit ſanctum Anaſtaſium, ſiue Athanaſium exulem.

Panormus Siciliæ, urbs inſignis, & delitioſa. hic ſancta Oliua uirgo, & mart. hic ſanctæ Chriſtinæ uirginis, & mart. aliunde allatæ, corpus in multa ueneratione habetur. hic claruit Nicolaus abbas, & Archiepiſcopus iuris canonici doctor.

Palentia Hiſpaniæ ciuitas. Huc Thuribius Aſturicæ epiſcopus, ex Hieroſolyma multis cũ reliquiis reuerſus, multa cum ueneratione recolitur.

Pyrenæi Montes, qui Galliam ab Hiſpania ſeparant. hic Rolandus, & cæteri palatini *Duces* pro Chriſto pugnantes occumbunt mart. hic Euroſia Boemiæ regis filia, & Aragonum regina, Sarracenis Hiſpaniam uaſtantibus in ſpecu, peremptis ſodalibus cum Chriſtum negare nollet, trucidata eſt.

Praga Boemię metropolis. hic pręfuit ſanctus Adelbertus. hic corpus ſancti Viti.

Perſis regio Aſiæ. hic Simon, & Iudas apoſtoli duos Magos Zaroen, & Arfaxat uicerunt, quos Matthæus ab Aethyopia effugauerat.

Roma urbs Italię, Regia Principum, Conſulum, & Imperatorum, caput mundi, & Eccleſię Catholicę, atque ſedes *Maximorum* Pontificum. hic Petrus apoſtolus põtificum primus pręſidet annos uigintiquinque ſub Claudio, inde ſub Nerone martyr, unà cum coapoſtolo ſuo Paulo, quorũ ille in

Ayuntamiento de Madrid

in Vaticano crucifixus,hic in uia Oſtiēſi decollatus marty. Hic Ioannes apoſtolus ſub Domitiano in oleum feruens miſſus exiit illæſus, & in Patmos inſulam relegatur. hic Conſtantinus magnus imperator a Syluestro Papa baptizatur. hic Sebaſtianus Narbonenſis ſub Diocletiano ſagittis confixus martyr. hic Laurentius hiſpanus ſub Decio martyr. Hic Alexius ciuis Romanus ſub Honorio in Auentino mōte migrat confeſſor. hic Euſtachius cum uxore,& filiis ſub Traiano martyr. hic Agnes uirgo ſub Diocletiano martyr. hic Cæcilia uirgo, cum Valerio,& Tyburtio ſub Aurelio imperatore marty. hic Ioannes, & Paulus, ſub Iuliano martyres. hic Linus, Cletus, Clemens, Anacletus, Euariſtus, Alexander, Siſtus, Teleſphorus, Iginius Pius, Anicetus, Sother, Eleutherius, Victor, Zepherinus, Caliſtus, Vrbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus ſecundus, Dionyſius, Felix, Eutychianus, Caius, Marcellinus, Marcellus, Euſebius, Melchiades, Petri apoſtoli ſucceſſores. Pontifices,& martyres, ſub diuerſis imperatorū perſecutionibus. hic Syluester,& cęteri per ordinem Pontifices confeſſores. hic per diuerſa tempora patiuntur.

Rhodos inſula celebris Aegei ſedes olim equitū Hieroſolimitanorum, nūc ſub Turchorū dominio. hic fuit ingens ſolis Coloſſus æneus pedum centum uigintiſex, qui Anno ante Chriſti natalē 210. corruit, 26. anno ſuæ ſtructuræ, unde Epiſtola Pauli apoſtoli à Coloſſenſes putatur, ſed falsò, à quibuſdam ad Rhodios miſſa.

Ramà oppidum Paleſtinę propè Bethleem. Hic & circa eius fines, iuſſu Herodis perempti Innocētes Chriſti martyres.

Rages, ſiue Ragea, ciuitas Medorum. hic Archelaus

laus epiſcopus ſcripſit contra Manicheum, ſub P o bo imperatore martyr. hic Mileſius epiſcopus, Acep ſimas epiſcopus, Iacobus presbiter ponticus, Mareas, & Bicor epiſcopus, Azoius, Eunuchus regis familiaris, cum clericis ducentis, & Tarbua ſorore Simeonis epiſcopi Ragēſiū, ſub Sapore rege martyres.

Rhapta in ſinu Barbarico Aethiopiæ in exitu maris rubri propè Rhaptum fluuium ciuitas. hic à Barlaam Ioſaphat baptizatur.

Rhegianū Myſiæ ſuperioris ſub Danubio ciuitas. Hic ſancta Marcella famula beatæ Marthæ, quæ dixit Chriſto, Beatus uenter qui te portauit. Item Syntyche, & Epaphras poſt mortem beati Maximini, & Marſilia deſcendentes per Hadriaticum mare decē annis euangelizant, & Chriſtum profitentes migrāt.

Recanatum ciuitas Italiæ propè Anconem, & Potentiam. hic eſt ædes ſanctæ Mariæ de Loreto, quæ fuit camera ciuitatis Nazaret, in qua ipſa beata Virgo ab Angelo fuit ſalutata, hucuſque ab Angelis tranſportata.

Ruſpa ciuitas Africæ minoris. Hic pręfuit beatus Fulgentius ortus Thebis, uel Toleti, ut ait author catalogi, qui cum ſexaginta epiſcopis in Sardinia exulat, deinde reuerſus Carthaginem ſub Bonifacio, ibi libros epiſcopus componit, & homilias, & ſub Anaſtaſio imperatore migrat.

Robunda Mauritaniæ Cęſarienſis ciuitas. hic ſāctus Reparatus, qui ſub Diocletiano linguā abſciſus, coram Zenone imperatore Byzantij loquebatur; migrat confeſſor.

Riga metropolis Daciæ in Liuonia. hic ordo militum Theutonicorum pugnātium cōtra Tartaros.

Regium lepidi colonia Lombardiæ ciuitas. hic Sabinus epiſcopus, ab Archidiacono ſuo factione



Ayuntamiento de Madrid

Totilæ regis ueneno tentatus, & miraculo ereptus migrat confeſſor.

Rotomagus Lugdunenſis Galliæ ciuitas. Hic Melanius, de milite epiſcopus à Stephano Papa miſſus, apoſtolus Normandorum ſub Valẽtino Imperatore migrat confeſſor.

Rauenna ciuitas Lombardiæ. Hic ſanctus Vitalis miles, pater ſanctorum Geruaſii, & Protaſii, in foueam aquæ merſus, ac lapidibus obrutus; cuius uxor Valeria propè Mediolanum per phanaticos, qui Deo Syluano ſacrificabant martyr. Hic ſanctus Apollinaris apoſtolus Scytharũ martyr. Hic Germanus Antiſiodorenſis epiſcopus migrat, anno. 450. *Hic* Ioannes Papa per Theodoricum Italiæ regem, martyr.

Ruteni Aquitaniæ ciuitas. Hic ſanctus Amantius epiſcopus migrat confeſſor.

Reba ciuitas Iberniæ inſulæ. Hic ſanctus Patritius epiſcopus beati Martini ex ſorore nepos, q̃ cũ ſancto Germano Antiſiodorẽſi epiſcopo in Angliã, & Iberniam uenerat, ſexaginta mortuos ſuſcitat, ter cẽtum ſeptuagintaquinque Eccleſias fundat, ter mille presbyteros; epiſcopos ſexaginta quinque ordinat, ſeptẽ reges uno die baptizat; octuaginta annos prædicat; & annos centum uiginti uixit; barathrum baculo ſignatum fecit, quod Purgatorium ſancti Patricii uocatur: Hic ſanctus Ebinus Heremita in ſylua Nectenſi, ſub Iuſtino ſecũdo migrat confeſſor. Hic naſcitur ſanctus Fulceius, & in Galliis migrat confeſſor.

Remi Galliæ Belgicæ ciuitas. Hic ſanctus Nicaſius epiſcopus, & martyr. Hic ſanctus Remigius epiſcopus, qui ſub perſecutione Vandalorum Clodoueum Francorum Regem conuerſum baptizat.

Ruteni populi Galliæ, propè Sanctonas, Narbonam

Ayuntamiento de Madrid

nam, ac Toloſam in Prouincia Bituricenſi, quorum ciuitas adhuc nomen eorum retinet.

Rhedones populi Celtarũ proximi Aulercis: Hoa ab Aquitania ſeparat Liger fluuius,

Rhamata, quæ & Arimathæa ciuitas Iudæę. Hinc fuit Ioſephus, qui cum Nicodemo in ſepultura Chriſti Saluatoris officium præſtiterunt.

SAmmaria, ſiue Sebaſta, Paleſtinæ ciuitas. Hic Dominus Sammaritanam Mulierem compellãs aquã æternæ uitæ deſyderandam, & Deum in ſpiritu, & ueritate adorandum eſſe docuit. Hic Ioannes Baptiſta Macherunte decollatus, inter Heliſeum, & Abdiam prophetas ſepelitur.

Syriæ pylæ, hoc eſt portæ inter Ciliciã, & Syriã. Hic ſanctus Theodorus epiſcopus ſub Leone Imperatore ſcribit contra Theodorum hæreticum.

Sephòr Paleſtinæ oppidum. Hic naſcitur Anna mater beatæ uirginis. hic etiam naſcitur Helmana mater ſanctæ Eliſabeth.

Sidon ciuitas Syriæ. Hic Chriſtus filiam Chananeæ clamantis, Ieſu filii Dauid miſerere mei; dæmoniacam ſanauit.

Suſa prouinciæ Suſianæ Regia. Hic Aſſuerus rex Aſſyriæ, ac Babyloniæ expulſa Vaſthi propter inobedientiam, duxit Heſter uirginem Iudaici ſanguinis pulcherrimã. Hic apoſtoli Simon, & Iudas, poſt conuerſas Perſidem, Babyloniam, & Mediam, inſidiis ſacerdotum, cum Sennen hoſpite eorum martyrio coronantur, & eorũ ſanguis à Rege acriter uindicatur; & ut dicit Craton eorũ diſcipulus, Zaroes, & Arphaxat Magi, cœleſti incendio palam abſumpti ſunt.

Sardis Aſię minoris ciuitas, atq; Crœſi regia. Hic

R 2 Meli-

Ayuntamiento de Madrid

Meliton epiſcopus ſuper Apocalypſim, & pro fide conſcripſit, & Antonino Vero librum tradidit, & hic migrat confeſſor. hic ſanctus Papyrius martyr.

Smirna dictæ prouinciæ ciuitas. hic Policarpus Ioannis apoſtoli diſcipulus, & ſucceſſor, qui epiſtolam ad Philippenſes ſcripſit, ſub Antonino, & Aurelio imperatoribus, mart. Hic Hirenæus epiſcopus, ſub Maximiano imperatore, ac præfecto Probo, martir. Notandum, quòd errat hoc in loco author, & idem error in catalogo apparet. Nam hic Hirenæus non Smirnæ, ſed Sirmij, quæ ciuitas eſt inferioris Pannoniæ, ubi epiſcopus fuit, unà cũ Montano preſbitero, ac Demetrio diacono paſſus eſt, & in Sauũ fluuium præcipitatus. hic Tharſeas epiſcopus Eumeniæ mart. hic ortus Hirenæus epiſcopus Lugdunenſis, Policarpi diſcipulus.

Similla, emporium citerioris Indiæ, & Promõtorium. hic Martinus inter anachoretas clarus migrat confeſſor.

Sabæ Sinarum ciuitas extra Gangem. Hic Berith dæmõ à Pentapolitanis cõſultus Bartholomæi apoſtoli effigiem per ſigna corporis indicauit. Hæc in tabulis Ptolemæi dicitur Zabe. Sabanà uero eſt in aurea cherſoneſo. Dubito aũt utrã author itelligat.

Sagoda, ciuitas Indiæ extra Gangem. Hic Parthenius philoſophus, qui ad cõmendationem chriſtianæ fidei compoſuit epiſtolas, eaſque in Aegipto Seuero imperatori audacter exhibet, migrat cõfeſſor.

Sapolus ulterioris Indiæ ciuitas, ad radices Imai montis iuxta Gangis originem. Hic Panthenus philoſophus ardorẽ fidei accenſus a Demetrio Alexandrino epiſcopo ad preces Indorum miſſus fidẽ prædicat, ſequen doctrinam Bartholomæi apoſtoli, qͥ hucuſque progreſſus, Chriſtum annunciauerat. hic

ſan

ſanctus Panthenus, in ſcripturis ſacris clarus, Clemẽtis philoſophi, qui docuit Origenem, magiſter huc ad prędicandum miſſus euangelium Matthęi, quod Bartholomęus apoſtolus circunferebat, poſt 93. annos integrum inuenit, & Alexandriam detulit, ſub Caracalla imperatore migrat cõfeſſo. Notãdũ quod uidetur hic author de tribus uiris eiuſdem nominis mentionem facere, uide ne forte unus, & idem ſit nomine Pantherius, ut mihi uidetur, de quo nonis Iulij memoria recolitur in Martyrologio, p̃ſertim cũ tempora non diſcrepent.

Sanis Aſiæ minoris ciuitas ſub Apanica, & Meandro. Hic ſanctus Chriſtophorus, poſt meretricum Aquilinæ, & Hiceæ repulſas illecebras, easque martyres factas, multitudine cõuerſa decollatur, ſed in quibuſdam Martirologij exemplaribus ſcribitur, paſſus Acmonię, quæ ciuitas eſt eiuſdem Aſiæ Septẽtrionalior, & ſupra Cayſtrum fluuium, ego autem accedo huic authori.

Samos inſula, & ciuitas in Aegeo mari. hic orta Sybilla Samia, quæ Saluatoris aduentum, & natalem naticinatur.

Salamis inſulę Cypri ciuitas. hic Barnabas de numero ſeptuaginta duorũ Diſcipulorum, & inde apoſtolus naſcitur, Pauli ſocius, & martyr, cuius oſſa cum euangelio Matthæi inuenta ſunt. Zenone imperatore. hic ſanctus Epiphanius, & Spiridion epiſcopi migrant, ille ſcilicet Salaminis, hic Tremithuntis epiſcopus.

Sinope Galatiæ ciuitas in litore maris Pontici. Hic ortus Aquila Iudęus, & Priſca eius uxor, adiutores Paul. de quibus, in epiſtola ad Romanos, & in Actis apoſtolorum fit mentio. hic ſanctus Noè epiſcopus, & mart.



Ayuntamiento de Madrid

Sala ciuitas Aſiæ minoris. Hic Paulus, Andreas, Nicomacus,& Dionyſia,ſub Decio Imperatore martyres,qui in Martyrologio apud Lampſacum in Propõtide paſsi legũtur.Hic Creſcens diſcipulus Pauli, epiſcopus Vicennæ in Gallia,primũ prædicat,deinde hic migrat cõfeſſor.Hanc ciuitatem ab Hierapoli ſeparat lycus fluuius,qui Meandro admiſcetur, & eſt propè fines Galatiæ:Vnde in Martyrologio in Galatia epiſcopus fuiſſe traditur.

Scithia intra Imaum montem Aſiæ regio. Hanc Ioannes Chryſoſtomus in epiſtola ad Leontium Archiepiſcopum affirmat:ſuis Diſcipulis ad id ipſum miſsis narrantibus Chriſti fidem,& baptiſmum ſuſcepiſſe.

Sabà ciuitas Aethiopiæ ſub Aegypto,à qua Sabęi populi. Hic Matthæus apoſtolus prædicat;Taroè,& Arphaxat Magos fugat; qui in Perſide à Simone,& Iuda cõuicti ſunt.Hinc Nicaula Regina profecta in Iudæam uiſitauit cum muneribus precioſis Salamonem.

Sacolæ,dictæ Aethiopiæ ciuitas.Hic Abemeta eremita migrat confeſſor.

Sandaca eiuſdem regionis ciuitas. Hic Eugenia ſoror Beor Regis,poſt necem Hirtaci tyranni, q ſibi mortẽ conſciue rat,collegio Virginum pręfecta, ſanctimonia, & miraculis illuſtris migrat.

Sinarum metropolis Thine. hic Philomenus abbas,& pater pluriũ monachorum,migrat confeſſor.

Sabathrà.Africæ minoris ciuitas. hic Poſsidius eṗs de reliquiis beati Stephani curat Sacerdotem, mortuum ſuſcitat, & Paganum baptizat.

Subur mauritaniæ Tingitanæ ad Oceani oras, iuxta fluuium cognomẽ Ciuitas. hic Perpetua, & Felicitas cum Saturnino,& Secundolio ſub Seuero Impera

Ayuntamiento de Madrid

peratore martyres, qui tamen in Martyrologio, apud Iuburbam paſsi leguntur, quæ Aphricæ mediterranea ciuitas eſt iuxta Bagradam fluuium.

Sittici colonia Mauritaniç Cęſariēſis iuxta Ampſagam fluuium in confinio Minoris Aphricæ. hic paſsi ſunt Marcellus, & centurio gerentes uicem præfectorum prætoris. hic exulant ſocii 4976. promiſcui ſexus, cum Cypriano, & Felice ſacerdotibus, ſub Hunerico tyranno.

Sebennytus Aegypti ciuitas. Hic ſanctus Barlaàm abbas habitat, qui in Indiam Aethiopiæ tranſiens, Anemur regem conuertit. Theodam, & Nacor Aſtrologum eius familiares Eremitas facit. hic poſt obitum, Barlaàm Ioſaphat rex Indiæ triginta annos degit monachus, & migrat confeſſor.

Syene ciuitas Aegypti, ſub Tropico cācri. hic exulant Euſebius Verulenſis, & Lucifer Caralitanus ex Sardiuia epiſcopus, per Labericum Papam, & Conſtantium Imperatorem Arrianos relegati.

Scythis Aegypti ciuitas. hic naſcitur Didymus epiſcopus Alexādriæ, ſeu confeſſor, à quinto ætatis anno cæcus, & tamen in artibus liberalibus, & ſacra ſcriptura peritiſsimus, ita ut auditores habuerit Hieronymum, Athanaſium Alexandrinum, & Baſilium Cæſarienſem epiſcopos, & ab Antonio abbate uiſitatus fuerit, & hic migrat confeſſor, & Alexandriæ tumulatur.

Scardona Illiriæ ciuitas. hic anno Domini 354. celebratur Synodus œcumenica, hoc eſt uniuerſalis tercentum epiſcoporum ſub Conſtante, & Conſtantino fratribus Imperatoribus, cui interfuerūt Ianuarius epiſcopus Rhauennenſis, Calopodius Neapolienſis, & Oroſius Cordubenſis, qui poſtea in ꝓpriis ſinguli ciuitatibꝰ migrant confeſſores. Hic Anaſta

ſius de nobilibus Romæ, ſub Diocletiano pro fide multa tolerat ſupplicia, mart.

Stridon, ſiue Sidron Illiriæ ciuitas. hic ortus *Hie*ronymus Doctor illuſtriſsimus. Romę inſtructus, unde propter malignorũ inſidias digreſſus, ſub Gregorio Nazianzeno ſacris literis operam dat, & in Bethleem migrat confeſſor.

Spoletum ciuitas Italiæ. Hic Concordius, & Sabinus epiſcopi, Exuperatus, Marcellus, Venuſtinianus cum uxore, & filijs, ſub Diocletiano, & Maximiano martyres.

Sena ciuitas Italiæ. hic Secũdianus, & Marcellianus per uaticinium Sibyllæ Cumææ uirgiliano carmine celebratę, conuerſi martyres fiunt.

Syracuſæ Siciliæ ciuitas notiſsima. hic Lucia uirgo ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, atque Paſchaſio præſide, ſuſceptis ſacramentis, de ſine perſecutionis, & eiectione dictorũ principũ uaticinata, martyr migrat. hic Martianus epiſcopus præfuit, cuius brachiũ Ricardus Archiepiſcopus Meſſanenſis tranſtulit Meſſanam.

Selinuntius fluuius Siciliæ; iuxta hunc fluuium Vitus, Modeſtus, & Creſcentia, ſub Diocletiano, cuius filium dæmoniacũ Vitus curauerat, cum ſocijs 400. ſodalibus martires.

Secubia Hiſpanię ciuitas. hic inuentum eſt corpus ſancti Vincentij, quod in mare proiectum erat.

Salmatica Hiſpaniæ ciuitas. hic artiũ celebre Gymnaſiũ, q̃ Toleto, pp abuſiones, q̃ ibi fiebãt, tralatũ.

Scennig. Liuonię ciuitas. hic ſancta Engridis uirgo prædicatorũ ordinis migrat, anno Domini 1418 fuerunt Conſtantiæ per Synodum, Catalogo ſanctorum adſcripti Nicolaus Licopenſis: Brunulphus Strorẽſis epiſcopi, & Engridis p̃dicta ſub Martino quin



Ayuntamiento de Madrid

to, Papa,& Sigiſmundo Imperatore.

Spira ciuitas Germanię, iuxta Rhenum fluuium. hic Caſsius, Florentius,& duodecim alij de legione Thebœa, ſocij ſancti Geryonis ſub Maximiano martyres. Alibi leguntur Beronæ, ſiue Bornæ paſsi.

Sirmium ciuitas inferioris Pannonię patria Gratiani Imperatoris. hic *H*ireneus epiſcopus, cum *M*ontano præsbytero,& Demetrio diacono, ſub Maximiano Imperatore,& Probo profecto apud Sauum fluuium martyres, ut dictum ſupra. hic ſeptem uirgines paſſæ.

*S*egouia, quæ dudum Secubia ciuitas Hiſpaniæ. Hic fructus celebratur, qui diſtributa in pauperes facultate, in eremum ſeceſsit, & in ſpelunca uixit.

*S*camori *S*abaudiæ ciuitas. hic *S*indon, ſiue linteum ſepulchri ſancti ſeruatur.

Sabaria Stiriæ ciuitas. hic ortus ſanctus Martinus epiſcopus Turonenſis.

Sebaſtia Cappadociæ ciuitas. hic præfuit Blaſius, epiſcopus,& mart.

*S*eleucia Meſopotamiæ ciuitas. hic claruit Simeon Archiepiſcopus.

TRipolis Siriæ ciuitas. hic glorioſus Comes ſancti Egidij Ramundus, anno Domini 1178. iuxta hanc urbē ſub Diocletiano Imperatore,& Olibrio præfecto *M*argarita uirgo paſſa, ſecundū alios Antiochiæ, ubi nata fertur.

Tharſus Ciliciæ ciuitas. Huc tres Magi Herodem uitantes adnauigarunt, ut ait Petrus Comeſtor; quorum corpora primò Byzantium per Conſtantinum, inde Mediolanum per Euſtorgium epiſcopum, poſtremò Coloniam, tempore Federici Imperatoris tralata ſunt. Hic Malachias epiſcopus natione

Indus

Ayuntamiento de Madrid

Indus à quo Catati imperator cum populo, & Regulis, cōuerſus refertur ab hoc authore. huc poſt captiuitatem patriæ ductus eſt Paulus, & nutritus. hic naues Tharſenſium per Herodem comburuntur, ꝙ Magos tranſportaſſent. hic Iulita Leonii nata cum filio infantulo Quirico, & cū 444. uiris conuerſis, ſub Alexandro imperatore martyres. hic ſanctus Bonifacius ab urbe miſſus, ſub Diocletiano mart. hic Euſtochium uirgo mart. ſub Iuliano.

Triglyphon, uel Tilingum regia ciuitas Indię ultra Gangem. huc de cæſarea Paleſtinæ, per Hadrianopolim, & mare Ponticū applicat ſanctus Thomas apoſtolus, & per Albaniam ad regem Gondoforum, à quo pro fabricando palatio acceptam pecuniam, pauperibus diſtribuit; populum baptizat, & eccleſias ædificat; fratrem Regis Gag defunctū ſuſcitat; & eo referente, palatium in cœlo præparatum Regi promittitur. Septem millia hominum cum rege baptizantur, & eccleſiaſtici ordines per totum regnū inſtituuntur. Inde ab hac India tranſit ad ſuperiorem. Inde prædicauit Parthis, Medis, Perſis, Hircanis, & Bactrianis.

Tacola Emporium Indiæ prædictæ. hic Bartholomeus apoſtolus Aſtaroth dæmonem in ſimulacro mutum reddit.

Trauaxa Mediæ ciuitas. hic Catholicon Perſidis pontifex uniuerſalis, habens ſub ſe archiepiſcopos decem & octo. hic crux boni latronis cum Chriſto crucifixi. hic ſanctus Murita epiſcopus Meſopotamiæ Sidigertum Regem Perſarum cōuertit, & per totam Perſidem dilatat fidem, Honorio imperante.

Tagora Indiæ ulterioris ciuitas. Hic Frumentius epiſcopus, & Hedyſius presbyter ab Athanaſio Alexandrino



Ayuntamiento de Madrid

xandrino epiſcopo miſsi, miraculis clarent: quorũ Frumẽtius hic migrat. Hedyſius uero Alexãdriæ.

Trapezus Cappadociæ ciuitas. Hic fuit imperiũ Chriſtianorum à Turcis occupatũ anno Dñi 1441. hic Ioannes, & Ariſton diſcipuli Ioannis apoſtoli diu morati, poſtea Epheſi mart. hic Eurytius epiſcopus Nicenus, ſub Diocletiano. hic requieſcit ſanctus Athanaſius Symboli author.

Tannium ciuitas Galatię mediterranea. hic Argeus, Narciſſus, & Marcellinus, ſub Licinio Imperatore mart. ſed in Martyrologio leguntur paſsi in Ponto ciuitate Tomis, quę in Myſia inferiore.

Thyatira ciuitas Aſię minoris. hic Menna miles ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus mart. hic etiam in Phrygia ciuitas quędam, cui pręerat Adauctus, cum Diis ſacrificare nollet, obſeſſa à Paganis, & incenſa eſt, quę uel hęc ipſa Thiatira eſt, ut ponit hic author, uel alia, incertum eſt: Euſebius author hiſtoriæ ciuitatis nomen non exprimit.

Troas Alexandrię Phrigię ciuitas in agro Troiano. hic naſcitur Sibilla Helleſpontica. hic Paulus apoſtolus prędicat, & adoleſcentem de feneſtra lapſum, ac mortuum ſuſcitat.

Tanais Sarmatiæ fluuius Europæ, & Aſię limes. hic Ioannes duodecimus papa, archiepiſcopum, ſeptem epiſcopis pręfecit; ac totidem fratres Dominicanos ad prędicandum miſit.

Thudaca Mauritanię Cęarienſis ciuitas. hic Ioſaphat, mortuo Rege, regnum ſuſcepit; clerum componit, rebusq; diſpoſitis, ad eremum ſeceſsit, & intra triennium Barlaàm in terra Sennaar inuenit, & cum eo commoratus trigintaquinq; annos, illi ſuperuixit, ac migrat confeſſor.

Tha-

Ayuntamiento de Madrid

Thabudis interioris Libyæ ciuitas. hic naſcitur Ioſaphat,& in carcerem truditur. Huc applicat Barlaam de terra Sennaar, qui Nachor aſtrologum, & Theodam regis familiarem conuertit,conuerſoſque ad eremum miſit.

Thecon Sothercon, hoc eſt Deorum ſalutarium, portus in Aethiopia ſub Aegypto ad litus Arabici ſinus. Hic Matthæus apoſtolus ſuſcitat filium Regis Egippi Beor,& inde intra triginta dierum ſpatium mirabilis eccleſia conſtruitur,appellata, Reſurrectio,in qua viginti quatuor annis ſedit apoſtolus prædictus.

Tagamà ciuitas interioris *Libyæ*.Hic sãctus Gallicanus de proſapia Cõſtantini magni Imperatoris à ciuitate Oſtia, per Iulianum apoſtatam nepotem ſuum, primò Alexandriæ, deinde in Aegypto ſuperiori exulat,& poſtremo in deſertis huius Libyæ decollatur;antea in Sarmatia per ſanctos Ioannem,& Paulum conuerſus.

Tucca ciuitas Aphricę Minoris. Hic ortus Melchiades Papa,qui ieiunium diei Dominici ꝓhibuit.

Tingis Cæſarea Mauritaniæ Tingitanæ ciuitas. Hic Victoria, & Baſilea glorioſæ mart. Hic *M*arcellus centurio, ſub Agricolao pręſide, tempore Diocletiani martyr.

Tamuſiga,dictę regionis ciuitas. Hic duo Germani incredibles cruciatus pertulere, ſub Hunerico Rege mart.

Tamnis Nomus, & metropolis in Aegypto. Hic Phileas epiſcopus nobili genere ortus, librũ de laudibus martirum ſcribit, & cum Philoremo magiſtro militum moritur,ſub Diocletiano mar. quę ciuitas Thmuis in tralatione noua dicitur.

Thebarum Nomus, & metropolis in Aegipto dicta

Ayuntamiento de Madrid

cta Dioſpolis, hoc eſt Iouis ciuitas magna, quæ centum portas habuit, à qua Regio Thebais dicitur. Hic in deſertis multa fuerunt Anachoretarum habitacula. Hic Iſidorus abbas mille monachorum pater, migrat confeſſor. His orta legio Thebeorum militum, quę à ſancto Zabda Hieroſolimitano epiſcopo inſtructa, & à Marcellino Papa monita, in Gallijs iuxta Sedonum ſub Maximiano Imperatore coronatur martirio, quorũ Dux fuit Mauritius.

Tanis ciuitas Aegipti in Pſalterio nominata, quæ & Thaphnis. hic lapidatus fuit Hieremias propheta. Hic Polemius & Chriſanthus filius eius de ſenatoribus Alexãdriæ, cum Daria nobili, ſub Numeriano Imperatore martires. Hic fuit regia Pharaonis, qui Chencres uocatur in chronicis Euſebij, ſub quo Moſes cuncta ſigna fecit, & qui, dum perſequit Iſraelem, in mari rubro cũ ſuis copijs demerſus eſt.

Thebæ ciuitas Bæotię, quę ſeptem portas habuit, Eteoclis. & Polinicis fratrũ pręlio, & mutua cęde inſignis. Hic ortus Teleſphorus Papa, qui himnum Gloria in excelſis, *Miſſę* addidit; tres Miſſas in Natali Domini, & ieiunium quadrageſimę inſtituit, Romę mart.

Theſſalonica Macedoniæ ciuitas. Hic Paulus apoſtolus prędicat, & ad hos de Roma ſcribit. Hic Andreas apoſtolus dracone necat, & quadraginta mortuos in mari ſuſcitat. Hic ſancta Metrona mart. hic Demetrius miles ſub Maximiano mart. Hic naſcitur, & exulat Paulus Conſtantinopolitanus epiſcopus in Cappadocia mart. Hic ſanctus Acolinus epiſcopus literis clarus migrat.

Taphros ciuitas in Iſthmo Tauricę Cherſoneſi. Hinc orti Frãci tempore Valentiniani primi. Inde in

Ayuntamiento de Madrid

in Galliis ſub Tiberio ſecundo fidem recipiunt. Hic Helias in cœnobio pater duorũ millium monachorum migrat. In his paludibus ſanctus Stephanus abbas multorum monachorum, tempore Theodoſii primi, ut ſcribit Heraclides.

Tariffa, quæ olim Cartheſia, ciuitas Hiſpaniæ. Hic primum præfuit Heſychius epiſcopus, Iacobi apoſtoli diſcipulus.

Tamyraca, Sarmatiæ i Europa, ciuitas in exteriori ſinu Iſthmi Taurici. Hic Apollinaris Petri apoſtoli diſcipulus, per Sarmatiam, & Myſiam euangelizat, & in Italiam reuerſus, Rhauennæ moritur epiſcopus, & martyr.

Tridentum ciuitas Lombardię. Hic Siſinnius natione Cappadox, & Alexander huc à Vigilio papa prædicatum miſsi, martyres. Hic Simon puerulus dolo captus à Iudæis, & ſuppliciis crudeliter interemptus die paraſceues, anno Domini. 147.

Terracina Campaniæ ciuitas. Hic Cęſarius, & Iulianus ſub Claudio Imperatore martyres. Hic Domitiana, ſiue Domicilla, Theodora, & Euphroſyna uirgines, ſub Traiano imperatore martyres.

Traiectum ciuitas Franciæ, Hic Malebrordus. deinde Bonifacius Eccleſiam regunt in phriſia. Hic Veſtalia martir. Hic ſanctus Conradus epiſcopus anno 198. migrat. Hic ſanctus Cuualdus albus, & Cuualdus niger presbiteri ex Anglia patiuntur martires, & iuſſu pipini Coloniæ ſepeliuntur, ſub Iuſtiniano imperatore. Hic ſanctus Adelbodus, & poſt eum Aufridus epiſcopi migrant.

Tibur ciuitas Italiæ iuxta Romam. Hic Symphoroſa cum ſeptem filiis mart. Hic fuit Sibilla Tiburtina, nomine Albunea, cuius hortatu Auguſtus adorauit Chriſtum.

Taurinum

Ayuntamiento de Madrid

Taurinum ciuitas Italię. Hic Maximus epiſcopus literis clarus, qui ſcripſit de laudibus Cypriani Carthaginenſis, & Euſebii Vercellenſis epiſcoporũ ſub Honorio.

Tauromininium, ciuitas uetuſta Siciliç in agro Meſſanenſi. hic Pancratius epiſcopus, & martyr ab Archagano pagano interfectus migrat.

Tarracon Hiſpaniæ Tarraçonẽſis ciuitas. Hic Fructuoſus epiſcopus, Augurius, & Eulogius diaconi, ſub Aemiliano præſide, imperante Galeno martires; hęc eſt Arelatum.

Toletum inſignis Hiſpaniæ ciuitas, ad huius meridianum Alfonſinę tabulæ ſunt directæ. Hic ſancta Leucadia uirgo, ſub Diocletiano mart. hic Eugenius epiſcopus migrat. hic ſanctus Alfonſus epiſcopus. hic poſt annum Domini 600. celebrantur decem concilia generalia. hic Caſilda cuiuſdam Mauri Toletanorũ principis filia, erga Chriſtianos officioſa in Boetio fonte, ſanguinis profluuio cœlitus liberata, ibi deinceps uixit non ſine multis ſanctitatis indicijs, cui à poſteris ędes in colle, iuxta fontem conſtructa.

Taruanna Belgicę Gallię ciuitas. hic ſanctus Petrus archiepiſcopus Loſamnam uiſitans, ſolo uerbo captiuos liberat, ad *Henricum* regem Anglorũ pergit, & in itinere multis claret miraculis, & anno Domini 1 0 4 8. imperatore Conrado ſecundo migrat.

Taruſcon Gallię Narbonenſis ciuitas. hic ſancta Martha Mariæ, & Lazari ſoror migrat uirgo ſepulta per Maximinum Aquenſem epiſcopum, ſiue Tarracone.

Toloſa Colonia dictę Gallię. hic ſanctus Saturninus apoſtolus Vaſconum moritur martir. hic Eugenius

Ayuntamiento de Madrid

genius epiſcopus eius ſucceſſor propè Pariſiũ moritur m art. hic Seuerus dictus Sulpicius diſcipulus ſancti Martini epiſcopi Turonenſis. Item alter Seuerus epiſcopus Colonienſis, qui de ſuo loco uidit ſanctum Martinum morientem.

Turoentium Narbonenſis Gallię ciuitas propè *Maſsiliam*. Hic Gratianus diſcipulus ſancti Cleti, primus epiſcopus migrat. hoc in loco errat author, dum Martinum, & alios epiſcopos Turonenſes, huic urbi aſcribit ſimilitudine nominum deceptus.

Turonum, uulgo Tours apud Ligerim fluuiũ ciuitas in confinio Lugdunenſis, & *A*cquitanicę Gallię. hic Martinus Sabarię i Vngaria ortus, Ticini in Italia nutritus, epiſcopus illuſtris migrat. hic Brictius & Gregorius eius ſucceſſores epiſcopi migrant. Nõ autem Florentius, qui ex Corſica Tauriſium, quę ciuitas Italię eſt, cum Vindemiali epiſcopo tralati quieſcunt.

Tullum ciuitas Belgicę Gallię in Burgundia. hic Manſuetũs epiſcopus migrat confeſſor. hic ſanctus Gerardus epiſcopus, quem ſanctorum numero adſcripſit Leo Papa anno Domini 1057. Hic ſanctus Gengulfus miles, tempore regis Pipini, mart.

Treueris, ſiue Auguſta Treuerorum dictę prouincię ciuitas. hic iacet corpus ſancti Matthię apoſtoli. hic Nazarius ex urbe, & Celſus ex Burgundia profecti Belgas inſtruunt, & à Nerone accerſiti, naufragium paſsi Romę martirium ferunt. hic Valerius diſcipulus ſancti Petri, martyr. hic ſanctus Eucharius ſodalis ſancti Dioniſij mart. hic ſanctus Paulinus epiſcopus exultans, in Phrigia martiris. hic ſanctus Maximinus epiſcopus, & Mazentij Pictauienſis epiſcopi frater, migrat confeſſor. hic

Atha-

Athanaſius Alexandriæ epiſcopus ſub Conſtantino exulans, compoſuit mox Symbolum in carcere Trapezuntis urbis, & ſub Valente in Libya martyr.

Tornacum Flandriæ ciuitas. Hic ſanctus Piator à beato Dionyſio epiſcopo miſſus martyr. Hic ſanctus Victurinus Criſpinus, & Criſpinianus prædicāt, & dictus Victorinus moritur martyr. Hic ſanctus Amandus epiſcopus migrat confeſſor.

Toletum Hiſpaniæ ciuitas iuxta Tagum, de qua ſupra. Hic Iulianus Pomerius epiſcopus, & theologus, qui à magiſtro ſententiarū in quarto citatur, cuius feſtum octauo idus Martij. Hic Florentina, Fulgentij, Iſidori, & Leandri Pontificum ſoror, & cœnobiorum quadraginta præfecta, in quibus magna uirginum multitudo; tempore Iuſtiniani.

Teanum, Campaniæ ciuitas, Paridis epiſcopi ſepulchro celebris. Hunc enim Athenienſem magni Baſilij, & Libanij ſophiſtę ſocium memorant; & a beato Sylueſtro Papa anno Domini. 333. ordinatum.

Traiectum Hollandię ciuitas. Hic iacet ſanctus Conradus epiſcopus. Hic Lampertus epiſcopus martyr.

Tyrus Syrię cuitas. Hic innumerabiles martyres paſsi.

Thyna Indiæ ſuperioris ciuitas. Hic Philomenus abbas migrat.

VEnetiæ, ciuitas Italiæ celeberima in intimo ſinu Hadriatico ſupra mare poſita. Huc anno Domini 472. ſub Leone Imperatore transfertur corpus ſancti Marci Euangeliſtæ ex Alexandria. Hic requieſcunt corpora ſancti Nicolai epiſcopi Myrrhenſis; ſanctæ Luciæ Syrracuſanæ

virginis,& marty. Ionæ prophetæ, Rochi confeſſoris;& aliorum,quæ in indice recitabuntur.

Vtica,ciuitas Africę minoris, Catonis Vticenſis interitu illuſtris;*H*ic Fœlix, Adauctus, & Ianuarius presbyteri,Fortunatianus,& Septimius lectores;ſub Diocletiano martyres.Hic ſanctus Quietus epiſcopus contemporaneus ſancti Auguſtini. Prope Vticā ſanctus Euodius epiſcopus cōſtruxit ædē beati Stephani,in qua,præſente Auguſtino, nonnulli curati ſunt.

Vaga dictæ prouinciæ ciuitas. Hic Hunericus rex Vandalorum, qui tot patres in Sardiniā relegauerat, Dei iudicio uermib. ſcaturiens miſerabiliter interiit,ſed Hildericus eius ſucceſſor catholicus ſtatum eccleſię Africanæ in melius reformauit;Beliſarius ampliauit,& Vandalorum regnum extinxit.

Vlizibirra dictæ regionis ciuitas. Hic Septitius, Martialis,Titius,& Vndena uirgo martyres.Hic ſanctus Proiectus epiſcopus, dolore capitis ad tactum reliquiarū beati Stephani curatus migrat cōfeſſor.

Vzanum eiuſdem regionis ciuitas. Pauli primi eremitæ geſta,quę ad ſolitudinem Thebaidis pertinent,per errorem huic loco tribuuntur.

Venuſia Italiæ ciuitas. Hic Fœlix epiſcopus Tuburbacenſis,Audax,& Ianuarius martyres,ſub Diocletiano.

Vulcani inſula,una ex Aeoliis, prope Liparā.Hic creditum eſt animas igne purgari;unde commemoratio defunctorum ab Odilone Cluniacenſi abbate primū inſtituta,& à Ioanne decimo ſexto Papa cōprobata,& uſui eccleſiæ tradita; Nec Gregorius in Dialogis,has igneas cauernas reorum ſuppliciis deputatas inficiatur;dum Theodoricum tyrannum eò iniectum perhibet.

Vin-

Ayuntamiento de Madrid

Vincentia ciuitas Italiæ. Hic ſanctus Theobald⁹, è Francorum comitib. oriundus, in caſtro Priuinia co natus, miles tempore Henrici ſecũdi, cum Matre eremum habitat, & migrat confeſſor.

Verona ciuitas Italię. *H*ic Semnon epiſcopus, cuius exercitus muro eccleſiam circũdat, & neminem lædit, ſub Valerio, & Galeno marty. Hic Racherius epiſcopus, Papiæ exulat.

Vetugnium, ciuitas Italiæ, Hic ſanctus Secundus epiſcopus migrat.

Vercellę ciuitas Italiæ. Hic ſanctus Euſebius epiſcopus, natus in Sardinia ſub Diocletiano, ab Euſebio papa, Romæ baptizatur; à Iulio papa hic epiſcopus ordinatur; contra hæreticos in occidentem deſtinatur; ſed a Conſtantino in Paleſtina apud Scythopolim exulat, liberatus uerò ab apoſtata, huc reuerſus, ſub Valente Imperatore lapidatus moritur martyr.

Valentia ciuitas Hiſpaniæ. Hic Valerius epiſcopus Cęſarauguſtę, & Vincentius diaconus, martyres ſub Diocletiano, & Maximiano imperatorib. & Daciano præſide. Hic ſanctus Laurentius mart. ortus, Romæ cum beato Sixto papa ſub Decio patitur.

Viſontium ciuitas Galliæ Belgicæ. Hic ſanctus Ferreolus, & Ferrucius apoſtoli Sequanorum a ſancto Hireneo Lugdunenſi epiſcopo ſucceſſore ſancti Photini diſcipuli Ioannis apoſtoli miſſi, ſub Aurelio imperatore mart. Hic Antidius epiſcopus ſub Vandalis decollatur.

Vienna, ciuitas Narbonenſis Galliæ. *Hic* Creſcens diſcipulus Pauli apoſtoli, & ab eo epiſcopus è Galatia in Galliam miſſus, & in Galatiam reuerſus migrat confeſſor. Hic Mamertus epiſpopus caput s. Ferreoli inter manus ſancti Iuliani mart. in



Ayuntamiento de Madrid

corruptum repperit. Hic ſanctus Amycus epiſcopus, qui Gallias ab Arriana hęreſi defendit, Synchronus ſanctorum Remigij, Fulgentij, & Germani ſub Clodoueo migrat.

Valentia Colonia Narbonenſis Gallię. Hic Felix presbyter, Fortunatus, & Archilleus diaconi miſſi ab Hireneo Lugdunenſi epiſcopo, poſt multos ad fidem conuerſos, patiuntur.

Vindinum ciuitas Lugdunenſis Gallię. Hic Eugericus epiſcopus ſub Iuſtiniano, tēporibus Remigij, & Medardi epiſcoporum, clarus migrat. Hic Vandrigeſillus abbas, & Lupus Trecēſis epiſcopus naſcūtur.

Vſalia, metropolis in Gothia. Hic Brigitta virgo, prophetico ſpiritu illuſtris, ad quam ſcribit ſanctus Bernardus.

Viterbium ciuitas Italiæ propè Romam. Hic beata Roſa uirgo, cuius corpus uidetur integrum.

Vrbinum ciuitas Italię. Hic ſancta Lucia, ſiue Lucilla naſcitur, quæ conuertit Regem Barbarorum Auxemiam, cum quo Romę martyr; Hanc uereor eſſe illam, quę cum Flora, & dicto Barbarorum Rege, quē author Catalogi Eugeniū uocat, quē ipſe in Africa conuerterant, & cū alijs uiginti ſub Aelio urbis præfecto paſſę ſunt; niſi aliud certius reperiatur.

Vlixbona, ſiue Olyſſipone, ſiue Odyſsioppona, nunc Lisbona, Luſitanię Metropolis, iuxta Oſtii Tagi fluuii in Oceano. Hic ortus Antonius, ex collegio Minoritanorum; qui martyrium affectans, pręter uotum in Italiam delatus, Patauij, poſt laudabilem uitam, quieuit anno Domini 1231. Idibus Iunii, à Gregorio nono ſanctorū numero adſcriptus.

Vrciū ſiue Vnga ulterioris Hiſpaniæ ciuitas. Hic primùm præfuit epiſcopus Indalecius Iacobi apoſtoli diſcipulus.



Ayuntamiento de Madrid

# DE PROPHETIS EX EPIPHANIO, ET ALIIS.

Nathan propheta in diebus Dauid regis claruit; quem de adulterio, & homicidio coarguit. Salomoni quoque idololatriam improperauit; Fuit autem ex tribu Thoc: obiit ualde ſenex, ſepultus in Gabath patria ſua.

Dauid Rex ac propheta pſalmographus, obiit lõgæuus; multa de Chriſto in pſalmis uaticinatus; ſepultus eſt in Arce Sion.

Achias propheta ex Selom, in tribus Iudà, claruit tempore Herobaam Salomoni interitũ ob idolatriã prædixit; obiit in Selõ, & iuxta quercũ ſepultus eſt.

Helias propheta, Thesbites, ex Arabum terra, tribu Aaron, leuites, temporibus Achab, & Ioram regum claruit. qui curru igneo raptus in paradiſum deliciarum tralatus creditur; cuius pallio Heliſeus aquas Iordanis diuiſit.

Heliſeus propheta, Comes Heliæ natus Galgalis, multis claruit ſignis, cunque obdormiſſet in Domino, Sammariæ ſepultus eſt.

Micheas primus Sammarites fuit, & tẽporibus regum Ioſaphat, Achab, & Ioram, à quo præcipitio interemptus eſt, prophetauit; Secundus autem de moraſthi Tribus Ephraim extitit, ſub regibus Ioatam, Achaz, & Ezechia uaticinatus, & in captiuitate defunctus in Iudæam relatus eſt.

Abacuch de tribu Simeon ſepultus eſt in agro proprio Bezocher, tempore Iechoniæ.

Ionas ex Cariathamaũ propè Azotũ obijt in terra Saar, ſepultus in Geth, in ſpelũca Cenezei iudicis.

Amòs ex oppido Thecua iuxta Bethleẽ, propheta



Ayuntamiento de Madrid

uit temporibus Oziæ, a quo p tempora transfixus interiit,& cum Patribus ſuis ſepultus eſt.

Malachias ex Sophim,quæ & Ramatha,tẽporibus Eſdræ ſacerdotis,& Neemiæ prophetauit, in reditu captiuitatis Babylonicæ,ĩ agro proprio dictę urbis ſepultus.

Baruch propheta Hieremiæ diſcipulus , & miniſter in Aegypto poſt magiſtri obitum dormiuit.

Sophonias tempore Hieremiæ prophetauit,Hiarosolymis iacet ſepultus.

Aggeus, poſt captiuitatem Babylonicam.Hieroſolimis prophetauit , & ibidem iuxta ſacerdotum monumenta tumulatus eſt.

Iohel propheta ex agro Bethorũ tribus Ruben prophetauit in diebus Oziæ,Ioatha,Achaz, & Ezechiæ regum, in dicto vico mortuus, & ſepultus.

zacharias propheta filius Barachiæ tempore Aggei quieuit ; Hieroſolymis ſepultus.

Oſeæ propheta de tribu Iſachar , filius Beeri,ortus in Betthleemot prophetauit temporibus Oziæ, Ioathan , Achaz , & Ezechiæ , regum. in terra ſua ſepultus.

Nahum propheta,ex Excheſi, Tribu Simeon prophetauit ante captiuitatem Babylonicam,defunctus in terra ſua,& ibidem ſepultus.

Abdias ex Sichem agri Betthacamar prophetauit temporibus Achab, & ioſaphat regum, & tempore Ioram obiit,Sammariæ ſepultus,

Iſaias Propheta temporibus Oziæ,& Hieroboam regũ à Manaſſe rege Idolatra iuxta piſcinam siloe ſerra lignea ſecari iuſſus, & iuxta ſub quercu Rogel ſepultus.

Hieremias ex vico Anatoth,iuxta Hieruſalẽ,apud Tanim Aegypti lapidibus obrutus,& iuxta tumulos

Regum

Regum ſepultus ; inde ab Alexandro Macedone in Alexandriam tralatus.

Ezechiel de terra Ciphor,cum Ioachim rege Ba Bylonem ductus prophetauit tempore Hieremię. quibuſdam de Tribubus Dan,& Gad,contra quos,ꝓ phetabat,equo alligatus,tractus per ſaxa,& diſcer ptus eſt,& in ſpeluncha duplici;ſepultus in ſepulcro Sem,& Arphaxat.

Daniel tempore Nabuchodonoſor regis Babylo nis obiit in Media,& in ſpelunca regum tumulatus Eſdras,Aaronites,ſacerdos de Tribu Leui,ſub Arta xerxe rege Perſarum claruit,obiit longæuus,& Hie roſolymis ſepultus eſt.

Neemias propheta tempeſtate dicti regis, in Per ſide dormiuit, & iuxta regū ſepulcra tumulatꝰ eſt.

Samuel propheta in ſepulcro ſuorum Patrum conditus in Ramatha , cuius oſſa Archadius Impe rator ex Iudęa tranſtulit in Thraciam .

Ieſus filius Sirach author libri ſapientię , in Hie ruſalem ſepultus eſt.

Ieſus filius Ioſedech ſacerdos,tempore Zoroba-belis inſtauratoris templi,Cyro regnante,Hieroſo lymis ſepultus.

Adam Protoplaſtus , cum Eua uxore ſepultus in Ebroni,ubi & cęteri Patriarchę .

Noe Patriarchę ſepulcrum oſtenditur iuxta Bery thum Syriæ urbem .

Moyſes ꝓpheta , & dux Iſrael defunctus eſt apud Phaſga in uertice Montis Nebò , ſepulchrum nulli cognitum.

Aaron ſacerdos frater Moyſi,in *M*onte Or occu buit,& ibidem ſepultus eſt.

Ioſue propheta & dux Iſrael ſepultus eſt in Tam natſarà,in Monte Epraim.



Ayuntamiento de Madrid

Gedeon quartus iudex poſt Ioſuè, de Tribu Manaſſæ, ſepultus in Ephraim.

Iob ex terra Hus in finibus Idumeæ, & Arabię, & in eadem ſepultus.

Tobias ſepultus iacet in Niniue ciuitate.

Ruth uidua in Bethleem quieuit.

Iudith uidua Betuliæ ſepulta in monumento Manaſſæ uiri ſui.

Heſther regina uxor Aſſueri, ſiue Artaxerſis Regis Perſarum, Suſæ in regio monumento ſepulta eſt.

Mathathias dux Iudæorum, tempore Antiochi Epiphanis Syriæ Regis Iudęorum perſecutoris claruit, ſepultus in Modin.

Iudas Machabæus ſacerdos, & dux Iudæorũ, filius Mathathiæ prędicti, pro Iſraele pugnans contra Demetrium occubuit, cuius corpus à Simone, & Ionatha eius fratribus redemptum, & in Modin ſepultũ.

Zacharias propheta, & ſacerdos, pater Ioãnis Baptiſtæ, Herodis iuſſu peremptus, Hieroſolymis ſepultus eſt; inde Venetias tralatus.

Eliſabetha uxor Zacharię prędicti, ſepulta eſt in domo propria in montanis Iuda.

Ioannes Baptiſta Zachariæ, & Eliſabethæ filius ex tribu Leui, Præcurſor Domini, iuſſu Herodis Antipæ, quem de inceſtis nuptiis arguebat in Caſtello Macherunte decollatus, & Sammariæ inter Heliſeum, & Abdiam ſepultus.

Simeon ſacerdos, & propheta, qui ſuſcepit Puerum Ieſum in templo, & cecinit hymnum, Nũc dimittis: ex tribu Aarõ cũ ſacerdotibus, Hieroſolimis iacet.

*De Sybillis, & uarÿs Authoribus.*

Sibylla interpretatur Dei conſilium, quod ſit diuinæ mentis conſcia, ſunt.n. uates Deo plenę, ut inquit

quit Diodorus quinto; Seruius. in tertium Aeneidos; Lactantius in primo Diuinarum Inſtitutionum.

Duas Sybillas nominat Martianus Capella. Erophylam Troianam Marmeſsi filiam, & eadem cum Phrigia, & Cumæa; Alteram uerò Symmachiam Hipporenſis filiam Erythræo natam, quę Cumis etiā uaticinata eſt.

Trium Sibyllarũ ſtatuas Romæ iuxta roſtra fuiſſe Plinius eſt author, quas Solinus uocat Cumanam, Delphicam, & Erythręam Eriphylen.

Quatuor Sibyllas ponit Aelianus in uaria hiſtoria, ſcilicet Erythręam, Samiam, Aegyptiam, & Sardianā; quibus alij adiungunt Iudæam, & Cumęam.

Decem Sibyllas Varro in libris rerum diuinarum ad Caium Cæſarem ponit, ut Lactantius ait.

Primam Perſicam, cuius meminit Nicanor, in rebus geſtis Alexandri, quam alij Chaldæam, Alij Hebream faciunt, ex Noa urbe iuxta mare rubrum, nomine Sambetham, patre Beroſo, matre Erymantha, libris uigintiquatuor, multa de Chriſto uaticinatā.

Secundam Libycam, cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo,

Tertiam Delphicā, de qua Chryſippus in libro de Diuinatione, Delphis natā ante Troianum excidiũ, dictam Themin; cuius uerſus plures Homerus uſurpauerit. Hanc Diodorus Daphnen dictam Tireſię filiam à Thebanis Delphos miſſam; aliam tamen à Daphne, quam Phœbus dilexit.

Quartam Cumæam in Italia, quam Neuius in libris belli punici; Piſo autē in Annalibus nominat; ex Cimerio oppido, ſiue Antro nurcino, quę corrupto forte uerbo Cymea, uel Cymica uocetur à nõnullis.

Quintam.

Ayuntamiento de Madrid

Quintam Erythreā, quē Apollodorus Erythręus ſuam conuicem facit, & quæ Troianorum interitū vaticinata ſit. Strabo duas ponit Erithręas; unam uetuſtiorem, alteram Ahenen nomine, Alexandri tp̄ib. Lactantius ait Erythræam Babylone natam.

Sextam, Samiam, quam Eratoſthenes in Annalib. Samiorum ait repertam, nomine Pytonem; unde Pythia uates denominatur.

Septimam Cumanam nomine Amaltheam, quę ab aliis Erophyle, uel Demophile nominat̄, quā Virgilius Deiphoben uocat Glauci filiam, quæ nouem libros Tarquinio Priſco attulerit, ut Suidas, ſiue ut Plinius, Dionyſius, Solinus, Gellius, & Seruius Tarquinio ſuperbo. Huius ſepulcrum Solinus in Sicilia fuiſſe apud Lilybæum, Euſebius hāc Samiā eē.

Octauā Helleſponticam in agro Troiano natā, uico Marmiſſo, circa oppidū Gergetrum; quam Heraclides Ponticus Solonis, & Cypri tp̄ib. adſcribit.

Nonam Phrygiam, quę vaticinata ſit Ancyræ.

Decimam Tyburtinam, nomine Albuneam, quæ Tybure colitur, vt Dea, iuxta ripas Anienis, cuius ſimulacrum librum tenens in gurgite fluuii inuentū tradunt. Hęc ex Varrone.

Quin etiam Lampuſia Calchantis filia, Eliſa, Caſſandra, Mantho, Carmenta Euandri mater, & quædam Epirotica Theſphronæ nata, quæ Oracula ſcripſit. Et Fauna ſenta Fatua Regis Fauni ſoror, & cōiux, quæ mulierib. fata canebat, ut ait Baſſus, ſybillis adnumerantur.

### *De Chriſto Saluatore Ioſeph teſtimonium.*

FVit autem iiſdem temporibus Ieſus ſapiens uir, ſi tamen eum uirum nominā… fas eſt; erat enim

mirabi-

Ayuntamiento de Madrid

mirabilium operum effector, Doctorq; hominū eorum, qui libenter, quę uera ſunt, audiunt. Et multos quidem Iudęorum, multos etiam ex Gentib. ſibi adiunxit; Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtræ gentis uirorum, cum Pilatus in crucem agendum eſſe decreuiſſet; non deſeruit eos, qui ab initio eum dilexerant; apparuit enim eis tertio die iterum uiuus, ſecundum quod diuinitus inſpirati Prophetæ hęc, & alia de eo innumera miracula futura prędixerant. Sed & in hodiernum diem, chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeuerat, & genus.

*De Maria uirgine Deipara, ex Epiphanio.*

MAria Dei genitrix hebraicas literas, adhuc uiuēte patre Ioachino, didicit; Erat bene docilis, amās doctrinā, laborans, & perſeuerās circa ſacrā ſcripturam. Opus lanæ, & ſerici operans: mirabilis in ſapientia ſuper omnes iuuēculas: mundę, modicę loquelę, expeditę obedientię, mundę proximationis, ſine audacia, ſine riſu, ſine turbatione, ſine furia, bene ſalutās, honorās honorata, ſcita, eloquēs: ſtatura triū brachiorū, frumētino colore, flauis oculis, recti aſpectus, nigri ſupercilii, mediocris naris, longo vultu, longa manu, digitisque, nō fucata, pānis proprii coloris, inhiās in orationibus, lectionibus, & ieiuniis, ac laboribus; Cum tradidit ſpiritum filio ſuo ſeptuagintatrium annorum erat.

Verum cū Dionyſius dicat, omnes apoſtolos eius dormitioni interfuiſſe; ideo probabilius uidetur, nō tādiu illam uixiſſe. Epiphanius enim ait, ipſam cum decimum quintum annum ageret, Chriſtum pepeꝛiſſe, ac cū ip[illegible] annos triginta tres uixiſſe; Ac poſt

eius

eius Paſsionem annos uiginti quatuor ſuperuixiſſe, ita ut anno Domini quinquageſimo ſeptimo obierit. Vnde ſequitur, Iacobus Zebedæi, qui paſſus eſt anno Chriſti quadrageſimo quarto, nõ interfuiſſe Virginis exequiis. Dicendum ergo, eam non ultra ſexaginta annos uixiſſe. Vt autem ait Hieronymus monſtratur adhuc eius ſepulcrum in uallis Ioſaphat medio, inter Sion, & Oliuetum montes. Inde reſuſcitatam, & aſſumptam, tam pie, quàm certis credendum eſt rationibus. Nõ enim tali corpori cõueniebat aliud Mauſoleum quàm Celum.

*De apoſtolis ex Sophronio, & aliis.*

PEtrus, qui & Simon, & Syriace Cephas, & Bariona, hoc eſt Ionæ filius ex Galilæa fuit de Bethſaida, Apoſtolorum princeps: primum Antiochię ſedit annis ſeptem, ubi Theophili præfecti filiũ ſuſcitaſſe fertur, atq; in Põto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia prędicauit. Inde ab Herodis Agrippæ Vinclis elapſus, Romã profectus eſt ſub principatu Claudii, anno eius ſecundo, ubi cùm Simonem magnm uiciſſet, cùm præfuiſſet Eccleſiæ annos uiginti quinque, anno Neronis decimo quarto, q. fuit Chriſti ſeptuageſimus, crucifixus inuerſo capite interiit, à Marcello, & Apuleio diſcipulis in Vaticano ſepultus.

Andreas Petri frater Scythis, Sogdianis, Saccisq; prędicauit Euangeliũ, & in Auguſta ciuitate magna Aethiopum interiorum; Tandẽ apud Patras Achaiæ ciuitatem, ab Augea Ediſſenorum prępfecto Cruci ſuffixus, obiit, & ibidem à Maximilla uidua ſepultus. in de uigeſimo Conſtantii anno, oct[illegible] idus Maii Conſtanti

ſtantinopolim tralatus,

Iacobus frater Domini, cognomento iuſtus Alphei filius, Chriſto ſimillimus; poſt Paſsionem Domini, ſtatim ab Apoſtolis Hieroſolymę epiſcopus ordinatus eſt: cumque ſediſſet annos triginta, uſque ad ſeptimum Neronis annũ, qui fuit Chriſti ſexageſimus tertius de pinna templi præcipitatus, confractis cruribus, fullonis pertica excerebratus iuxta periit, & Templum conditus, ob cuius interitum ſecutum eſt excidium Vrbis, ut ait Ioſephus.

Matthęus, q & Leui, ex Publicano factus Apoſtolus, primus in Iudæa Euangelium Hebraicè ſcripſit Aegyptiis primùm, mox Aethiopibus prędicauit, unde Magos expulit uictos. Egippi regis filiũ Euphronem ſuſcitauit, eiusque filiam Iphigeniã ſacrauit: cuius nuptias Irtacus tyrannus concupiſcens, Apoſtolum interemit, in montibus Parthiæ ſepultus, & inde Salernum tralatus.

Iacobus Zebedæi filius duodecim tribubus, quę in diſperſione erant, prædicauit Euangelium. Herodis Agrippæ iuſſu gladio peremptus eſt, anno Claudii ſecundo, qui fuit Chriſti quadrageſimus quartus, nã poſtmodum carceratus eſt Petrus, qui liberatus ab Angelo ſub idem tempus Romam ſeceſsit. Habuit diſcipulos duodecim, ſcilicet Hermogenem, eiusq; diſcipulum Philetum, magos ab eo conuerſos, Ioſiã ſcribam cum eo decollatum. In Hiſpania uerò Torquatum, Cteſiphontem, Heſychium, Euphraſium, Indalecium, Cæcilium, Secundum, qui diuerſis urbibus pręfuerunt. Athanaſium, & Theodorum, qui apud Compoſtellam Galitiæ magiſtro contumulati iacent.

Philip. đ Bethſaida Galileę uico, cęteris iunior. In Phrygia, & Scythia euãgel. pdicat, ubi điecta Martis ſtatua,

Ayuntamiento de Madrid

ſtatua, erectaque Cruce, Scythas à dracone vexatos curauit. Hierapoli crucifixus, ac lapidatus eſt ab Hebionitis, in Phrygia, ibique ſepultus cum quatuor filiabus Propheti ſsis, anno Chriſti quinquageſimo quarto, qui fuit Claudii duodecimus.

Bartolomeus Indis prędicauit, dormiuitque Albanopoli oppido maioris Armenię, ubi Palęmonis regis filiam dęmoniacam curauit; regis Aſtiagis iuſſu excoriatus: inde in Liparam, mox anno Chriſti 330. Beneuentum, & inde Romam tranſuectus.

Thomas Parthis, Medis, Perſis, Germanis, Hircanis, Bactris, & Magis prędicauit. Tadæũ in Ediſſam ad Abagarũ curandum miſit, pecuniã à Gundoforo Indię rege acceptam, ut palatium ędificaret, paupe rib. errogauit: Gad frater regis a mortuis reſurgẽs retulit, inęſtimabile palatium in cœlo Regi præpa ratum. Iu ciuitate Calamina Indię a Sacerdote So lis, gladio confoſſus eſt. Ab Alexandro Imperatore in Ediſſam Syriæ tralatus, quinto nonas Iulii.

Simon Chananęus, Iudas uerò Thadęus eius frater, in Meſopotamia, & Põto prędicauit. Deinde ambo in Perſidẽ ꝓfecti. Magos ꝑ Matthęũ ab Aethiopia pulſos confutarunt, dęmonũ mendacia detexere, cõfractis ſimulacris, & in ciuitate Suanir ab Idolorum Pontificib. perempti, & a Zerxe rege Babylonem tranſuecti. Sed nonnulli hæc in Perſide geſta ſoli Thadęo adſcribũt, q̃ in Armeniæ urbe Iericho conditus fuerit. Nã Simõ eius frater legitur, Iacobo fratri in epiſcopatu Hieroſolymæ ſucceſſiſſe, annoſq; uiginti ſupra centum uixiſſe, atq; ſub Traiano crucifixꝰ iterijſſe, ĩ tertio hiſtorię eccleſiaſticę.

Matthias Bethleemites electus ẽ, cũ Ioſeph iuſto Iacobi; & Simonis dicti fratre, qꝫ forte eductus Iudę Iſcariothæ locũ ſuppleuit, ut Lucas refert. In Mace

donia

Ayuntamiento de Madrid

donia primum,mox in iudęa prędicauit:ubi lapidatus,ac ſecuri percuſſus,a iudæis peremptus eſt.iu de Romam,& mox Treuerim tranſportatus.

Ioannes Zebedei filius,atq; Iacobi frater,nouiſſimus ab Aſiæ epiſcopis rogatus Euangeliũ ſcripſit, anno Domitiani decimo quarto,qui fuit Chriſti nonageſimꝰ ſeptimꝰ.in Patmos inſulam relegatus, cũ Romæ in oleũ feruens miſſus fuiſſet.interfecto Domitiano liberatus Epheſum rediit,ſignis multis claruit,longęuus obiit. Nam cum deſcendiſſet uiuens in ſepulcrũ,fulgore circum orto, nuſquã deinceps comparuit,unde tralatus creditur quaſi Helias: anno Traiani primo,qui fuit Chriſti. 101.

Ioſeph iuſtus,q̃ & Barſabas Alphei filius,cũ Matthia in ſortem ductus eſt,ut eorum alter apoſtolicũ numerum impleret. Hic uenenum hauſit illęſus, poſtq; multas perſecutiones in Iudęa quieuit.

Paulus Apoſtolus,qui antea Saulus, extra numerum duodecim de tribu Beniamin,& ex oppido Iudęę Giſcalis fuit. Anno Chriſti trigeſimoquarto, qui fuit Tiberij decimus nonus poſt lapidatum Stephanũ,conuerſus eſt.Anno ãt Chriſti 58.qui fuit Neronis ſecundus, à Feſto præſide Iudææ Romam ſub cuſtodia mittitur.inde uno, eodemq; die cum Petro crucifixo,gladio percuſſus eſt,& in uia oſtienſi ſepultus.

Barnabas Cyprius,qui & Ioſeph,Leuites,cũ Paulo gentium Apoſtolus eſt ordinatus,inde ꝑ Ioannem,qui & Marcus,diſcipulũ, ab eo ſeceſſit.Salamine in Cypro,martyrium pertulit incendio traditus.

Lucas medicus antiochenus,Pauli comes,quæcũ que à Paulo,aliiſq; Apoſtolis audiuerat, literis mã dauit in Euangelio.Acta uero Apoſtolorum,partim uiſa cõpoſuit.uixit octogintaquatuor annos, ſepultus

Ayuntamiento de Madrid

tus eſt Conſtantinopoli, ad quam urbem uigeſimo Conſtantii anno oſſa eius, cũ reliquiis Andreæ Apoſtoli. Sed obiit in Bithynia. Nunc eius corpus Patauii: in monaſterio ſanctæ Iuſtinæ, capue uerò Romę ſeruatur.

Marcus diſcipulus, & interpres Petri; quæ à Petro audiuerat, rogatus Romę à fratribus in Euangelium retulit, à Petro mox probatũ. Dormiuit octauo Neronis anno; & Alexandriæ ſepultus eſt, ubi pręfuit, ſuccedente ſibi Aniano. Inde anno Chriſti. 865. Leone imperante, ac Iuſtiniano Venetorũ duce, tralatus eſt Venetias, ubi magna cum ueneratione ſeruatur.

*Diſcipulorum Catalogus, ex diuerſis Authoribus.*

DEſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe uenturus. &c. ut ſcribit Lucas Euangeliſta.

Lucas igitur diſcipulus, & Euangeliſta in horum numerum, primus eſt adſcribendus.

Cleophas, cui cũ ipſo Luca in Emaus eunti Chriſtus quaſi Peregrinus poſt Reſurrectionem uiſus eſt. Lucæ uigeſimooctauo, ut ait Theophilus. Ambroſius uerò alium à Luca ponit.

Barnabas Cyprius, Pauli comes, de quo in Actis Apoſtolorum, & in Epiſtolis.

Matthias iudæus Bethleemites, in defectum Iudæ ſubrogatus; Actuum primo.

Thadeus à Thoma Apoſtolo Ediſſam miſſus ad Abagarum curandum, ut ſcribit Euſebius. De prędictis quatuor Euſebius. De ſequentibus uerò Dorotheus abbas mentionem facit.

Ananias, qui Paulum baptizauit; Actuum nono, poſtea Damaſci Epiſcopus; ut ait Sophronius.

Stephanus protomartyr de numero ſeptem Diaconorum,

Ayuntamiento de Madrid

norum; Hieroſolymis lapidatus: Actuum ſexto, & ſeptimo.

Philippus, ex eodem numero, qui Simonem Magũ, & Eunuchum Candaces Reginæ Aethiopum baptizauit. ut ibidem. Inde epiſcopus in Thracia, ut Dorotheus abbas ait; Cæſareæ obiit, iuxta quem tres filiæ uirgines tumulatæ iacent, ut Euſebius.

Procorus ex dicto numero. Nicomedię in Bitynia epiſcopus.

Nicanor ex dictis ſeptem, unus. In Cypro martyr.

Parmenas ex eodẽ numero. Philippis in Macedonia martyr.

Nicolaus unus ex iiſdem. epiſcopus Samariæ, in hæreſim lapſus, à quo Nicolaitæ.

Timon unus ex ſeptem dictis. epiſcopus Tyri, & Sidonis, uel apud Beroen; inde martyr Corinthi. De quibus Actuum ſexto.

Titus ad quẽ Paulus Apoſtolus ſcribit, qui fuit Cretenſium epiſcopus, & ibi quieſcit.

Syluanus, qui cum Paulo prædicauit, & de quo Paulus in prima ad Theſſalonicenſes meminit, & qui Theſalonicenſium epiſcopus fuit.

Chriſtes, ad Chalcedoniæ factus epiſcopus.

Epęnetus, de quo Paulus ad Romanos decimoſexto, quem primitias Achaiæ in Chriſto appellat, mox epiſcopus Carthaginis.

Andronicus, de quo Paulus ibidem, epiſcopus in Pannonia.

Ampliatus, de quo Paulus ibid. epiſcopus Ediſſæ.

Vrbanus, quem Paulus ibidem uocat adiutorem ſuum, epiſcopus in Macedonia.

Stachys, uel Stacteus: de quo ibidem; quem Andreas iuxta Pontum nauigans in Acropoli Thraciæ reliquit epiſcopum.



Ayuntamiento de Madrid

Apelles, de quo ibidem, epiſcopus Heracleæ.

Philetus, de quo in ſecunda, ad Timotheum ſecũdo, quẽ à ueritate aberraſſe dicit circa Reſurrectionem, epiſcopus Epheſi, cum quo Apoſtolus ponit Hymenæum.

Hermogenes, de quo ibidem, epiſcopus Megarę, quem cũ Phygelo aduerſatum ſibi, dicit Apoſtolus.

Demas, quem Apoſtolus in fine dictę epiſtolæ dicit, ſe relicto, Theſſalonicam profectum, ſecutum ſcilicet traditiones ſeculi, & idolatriam.

Ampleius epiſcopus Smyrnæ.

Ariſtobolus, de quo ad Romanos decimoſexto epiſcopus Bethanię.

Narciſſus, de quo ibidem, Athenarum epiſcopus.

Eraſtus, de quo ibidem, & ad Timotheum ſecunda in fine Philippenſium epiſcopus.

Chices, qui in Gallia prædicauit.

Agabus, uaticinio clarus, de quo Actuum tertio decimo Antiochiæ obiit.

Ruffus, de quo ad Romanos decimoſexto, quem Paulus electũ ĩ Domino uocat, fuit. n. Thebarũ eps.

Aſyncritus, de quo ibidem, Hircanię epiſcopus.

Phlegon, de quo ibidem, epiſcopus Machationis.

Probas, de quo ibidem epiſcopus Pelorię.

Hermas, de quo ibidem, epiſcopus Philopoleos, ſiue Philippopolis.

Linus, de quo ad Timotheum ſecundæ in fine, qui Petro in Papatu ſuccesſit.

Caius, quẽ Apoſtolus ad Romanos decimoſexto, hoſpitem ſuum, & Eccleſiæ uocat; Epheſi epiſcopus.

Philolologus, de quo ibidem, epiſcopus Synopes ab Andrea tactus.

Liphaſus Romę ſimul cum Paulo uinctus, & poſt ipſum decollatus.



LIBROS DEL DR. L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

Lucius, de quo ad Romanos decimoſexto epiſco pus Laodiciæ in Syria.

Iaſon, de quo ibidem, epiſcopus Tharſis.

Soſipater, de quo ibidem, epiſcopus Iconii; ut ait Dorotheus; ut uerò Origenes, primus epiſcopus Theſſalonicę.

Tertius, de quo ibidem, qui dictanti Apoſtolo epiſtolam ſcripſit, epiſcopus Mediæ.

Quartus, de quo ibidem; epiſcopus Berythi.

Apollo Alexandrinus, uir eloquens; de quo Actuum decimo octauo plura, & primæ ad Corinthios: epiſcopus Coniæ.

Soſthenes, de quo ĩ principio primę ad Corinth. Colophonis epiſcopus, qui Corinthi obiit.

Epaphroditus, cui Paulus Romę epiſtolam dedit ad Philippenſes; ut in fine ipſius epiſtolę.

Tychicus, quem Paulus dilectum fratrem, fidum miniſtrum, & conſeruum ſuum in Domino uocat; mittens eum unà cum Oneſimo fido, ac dilecto fratre ad ſalutandum Coloſſenſes, ut in quarto ipſius epiſtolæ patet: Epiſcopus Coloſſenſium.

Cæſar, de quo ad Philippenſes quarto; epiſcopus Dyrrachii.

Marcus Barnabę conſobrinus, de quo ad Coloſſenſes quarto; epiſcopus Ptolemaidis.

Clemens, de quo ad Philippenſes quarto, primus ex gentibus credens; epiſcopus Sardis; inde pontifex Romanus, qui Cleto ſucceſſit.

Oneſiphorus, de quo Paulus in ſecundæ ad Timotheum principio, ac fine meminit; qui Corones epiſcopus fuiſſe creditur.

Carpus, de quo ibidem Beroniæ in Thracia, ſiue Cheronię epiſcopus.

Euodius, qui poſt Petrũ Apoſt. Antiochiæ p̃fuit.



Ayuntamiento de Madrid

Ariſtarchus, quem Paulus ad Coloſſenſes quarto, ſuum concaptiuum uocat, & de quo ad Philemonem ſcribens meminit; & qui fuit Apamiæ epiſcopus.

Marcus, qui & Ioannes, de quo Actuum tertiodecimo, & ſecundæ ad Timotheum quarto, & ad Philemonem, qui & Biblilis epiſcopus fuit.

Zenas, quem Paulus ad Titum tertio uocat legis peritum; qui Titi ipſius uitam ſcripſit, & Dioſpolis epiſcopus fuit.

Philemon, ad quem Paulus ſcribit, commendans ei Oneſimum ſeruum, & qui Gazæ traditur fuiſſe epiſcopus, & cum Paulo peremptus.

Pudens, de quo in ſecunda ad Timotheũ quarto.

Trophimus, de quo ibidem; Qui duo cum Ariſtarco Paulum comitantes, tandem Romæ poſt eius martyrium, decollati ſunt.

Marcus Euangeliſta, qui Romæ ex ore Petri ſcripſit Euangelium, epiſcopus Alexandriæ, & ibidem paſſus.

Eunuchus Candaces Aethiopum Reginæ, qui phibetur in Arabia, & in inſulis maris rubri ꝑdicaſſe, & ibidem pro fide martyrium paſſus. Hæc prædicta Dorotheus abbas, dum Romæ eſſet, ſcripta reliquit. Itẽ frater Vincentius dicit, ꝙ ex numero ſeptuaginta duorum, fuerunt Sabinus, Potentianus, Archiminus, Maximianus, & Ioannes presbyter apud Epheſum, ut ſcribit Polycarpus. Qui uerò ſequuntur, in Martyrologio notati leguntur; Vſuardi uidelicet.

Ariſton epiſcopus Salaminus in Cypro, octauo Calendas Martii.

Ruffus, & Zoſymus martyres Philippis in Macedonia, decimoquinto Calendas Ianuarii.

Priſcus epiſcopus Capuanus. Calendis Septẽbris.

Ioſephus iuſtus, qui cum Matthia in ſortem aſſumptus

ptus eſt, Centipoleos epiſcopus, de quo in quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Iaſon in Cypro martyr, quarto idus Iulii.

Silas epiſcopus Corinthi, tertio idus Iulii.

Epaphras epiſcopus Coloſſenſium, quem Paulus ad Coloſſenſes quater uocat ſeruum Chriſti; & ad Philemonem ſcribens, concaptiuum ſuum, decimoquarto Calendas Auguſti.

Martialis Lemonicenſis epiſcopus, ex tribu Beniamin conſanguineus Stephani Protomartyris, q. perhibetur fuiſſe ille Puer, qui habebat quinque panes hordeaceos, & duos peſces, ex quibus Dominus ſatiauit quinque milia hominum: Ioannes ſexto: Et qui Domino diſcipulorum pedes lauanti aquam in peluim miniſtrabat; & poſtea in Galliam à Petro miſſus Lemonicis præfuit, ubi quieuit pridie Calendas Iulii, anno Domini centeſimo octauo, Veſpaſiani tertio, epiſcopatus ſui uigeſimo octauo.

Chelidonius, qui dicitur fuiſſe ille cæcus à natiuitate, quem Dominus curauit: Ioannes decimo. Hic coadiutor fuit Maximini Aquenſis epiſcopi, qui Mariam ſororem Lazari comitatus eſt in Gallias.

Maximinus epiſcopus prædictus in Galliis apud Aquas ſextias quarto Idus Iunii.

Lazarus, quem Dominus à mortuis ſuſcitauit, Mariæ, & Marthæ frater; epiſcopus Maſsiliæ ſextodecimo Calendas Ianuarii.

Iulianus epiſcopus Cenomannenſium in Gallia, q. dicitur fuiſſe Simon ille Chriſti hoſpes leproſus, Calendas Februarii.

Vrſinus Bituricenſis epiſcopus, qui fertur fuiſſe ille Natanael, quem Dominus commendans dixit, Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt, quinto idus Nouembris.

Ioſephus ēt ab Arimathea nobilis decurio,& Nicodemus Gamalielis nepos,& auditor in ſepultura dominica officioſi', & in euangelica hiſtoria celebres, in diſcipulorum numerum referendi ſunt.

Ex quibus authoribus manifeſtum eſt,Chriſti diſcipulos multo plures quàm ſeptuaginta duo fuiſſe;præſertim cũ Paulus Apoſtolus primę ad Corinthios decimoquinto dicat;Dominũ reſuſcitatũ nõ ſolum Apoſtolis, & ſibi ; ſed etiam pluribus quàm quingentis fratribus uiſum , ex quibus complures adhuc uiuerent , nonnulli autem obdormiſſent.

*De quibuſdam ſanctis mulieribus.*

ANna Bethleemitis,uxor Ioachini, & Mater beatę,& glorioſæ Virginis; ſeptimo Calendas Auguſti.

Anna filia Phanuel uidua , & prophetiſſa , de qua Lucæ ſecundo Calendas Septembris.

Maria Cleophæ,uel Alphei uxor, Ioachini prædicti filia,mater Iacobi minoris, Simonis, & Thadæi apoſtolorum,& Ioſeph Iuſti, ſoror B.uirginis.

Salomè Zebedæi uxor , ſoror prædictarum, mater Iacobi maioris ,& Ioãnis apoſtolorum;Octauo Calendas Iunii.

Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis Antipę, diſcipula , q̃ poſt Aſcẽſionẽ Dñi Apoſtolis miniſtrauit. Hieroſolymis in pace quieuit, ut ſcribit Lucas in fine Euangelii : Nono Calendas Iunii.

Maria Magdalena ſoror Lazari, & Marthæ , qu unà cum Maximino,Chelidonio,& Marcella Marthæ pediſſequa in Galliam appulerant.

Nam ut excludatur Hic ambiguitas eandẽ fuiſ mulierẽ peccatricem, de qua Lucas ſeptimo,& M riam Lazari ſororẽ,conſtat ex uerbis Ioannis und cimo dicẽtis,ſororẽ Lazari eam fuiſſe,quæ Dom

nui

num unxit. Item Mariā Magdalenam eandem eſſe cū Maria ſorore Lazari, conſtat ex uerbis Matthæi uigeſimo octauo dicētis; uenit ad monumētum Maria Magdalenę,& altera Maria: Nā cū altera dicat de duabus, nō ſupereſt tertia diuerſa à Magdalena, quād oquidē altera intelligit Maria Cleophę;omnino igitur duas tātū eſſe oportet, Mariā ſororem Lazari, & Mariā Cleophæ;& proinde Mariā ſororē Lazari, unā,& eādē eſſe cum Magdalena. Ex quibus abſque dubio concludimus, Mulierem peccatricē, Magdalenā;& Sororē Lazari unam,& eandem eſſe, ſicut Auguſtinus,& Eccleſia communiter ſentit:iuxta Maſſiliam obiit.

Martha ſoror Marię,& Lazari,q̄ cū ipſis,& aliis ut dictū eſt,in Galliā delata,iuxta Rhodanum cum uirginibus Deo ſeruiuit, quarto Calēdas Auguſti.

Marcella *M*arthæ pediſſequa, q̄ dixit Domino, Beatus uenter,qui te portauit,&c. p̄hibet̄ in Illyria prædicaſſe, ac decem annos Marthæ ſuperuixiſſe.

Synthyche diſcipula,de qua Paulus ad Philippēſes meminit,Philippis dormiuit,undecimo Calendas Auguſti.

Phębe diſcipula, cuius Paulus ad Romanos meminit, Romæ dormiuit, tertio nonas Septembris, quam Apoſtolus ibi ſororem ſuam, & miniſtram Eccleſiæ Cenchreenſis appellat.

Priſcilla uxor Aquilę Iudęi, de qua in Actis Apoſtolorum, quæ apud Sinopen Galatiæ urbem quieuit, iuxta uirum ſepulta, octauo idus Iulii.

Thabitis diſcipula,& Apoſtolorū miniſtra, quā defunctam Petrus ſuſcitauit, apud Iopen urbem, quæ grecè Dorca dicitur: bonis operibus, & officiis charitatis plena fuiſſe perhibetur.

Beronice,ſeu *B*erōica,& hic Verōica, mulier fuit



Ayuntamiento de Madrid

pientiſsima, quę Domino fatigato ad Paſsionem dicto Sudariũ protulit, quo ſudorem tergeret, in quo Dominici uultus effigies impreſſa remãſit, in numerum Diſcipularum referenda eſt. Nã & eius domus, & locus tanti officij adhuc Hieroſolymis, & ipſum Sudarium Romæ oſtenditur: Traditur autem fuiſſe illa mulier, q̃ tacto Chriſti ueſtimẽto à fluxu ſanguinis curata eſt, ut Matthæus, Marcus, & Lucas referũt.

*Loca nonnulla reliquiarum Romæ.*

IN æde Lateranenſi ſeruatur altare ſancti Ioannis Baptiſtæ. Menſa cœnæ Apoſtolicæ; Virga Moyſi, Arca fęderis, per Veſpaſianũ tranſportata, cũ quatuor Colũnis æneis terra ſancta plenis. Tyara ſancti Syluestri. De reliquiis beatæ Marię Magdalenæ. Spatula ſancti Laurẽtij. Vnus dens ſancti Petri apoſtoli. Calix, & cathena S. Ioãnis apoſtoli. De cinerib. ſancti Ioannis Baptiſtæ. De capillis, & ueſtimẽtis beatæ Virginis. Interula Chriſti a beata uirgine texta. Linteũ, quo Chriſtus apoſtolorũ pedes exterſit. De ligno ſanctę crucis. Purpureũ ueſtimentum, cũ maculis de ſanguine Chriſti. Velum femorale Chriſti crucifixi. Sudariũ eius faciei. Praputium eiuſdẽ. De ſanguine, & aqua lateris eius; Itẽ ſcala lapidea, quæ fuerat in ędibus Pilati, ſuper quam Chriſtus cecidit, manante cruore: cuius adhuc reliquiarum locus clatratus cernitur. Itẽ capita Petri, & Pauli Apoſtolorum. Caput ſancti Pancratii. Caput ſancti Zachariæ patris ſancti Ioannis Baptiſtę.

In æde ſanctorum Petri, & Pauli apoſtolorũ, dimidiũ corporũ ipſorum; nam reliquum dimidiũ ſeruatur in æde ſancti Pauli. Corpora ſanctorum Simonis, & Iudę apoſtolorum. Corpus ſanctæ Petronillę filiæ ſancti Petri. Caput ſancti Andreæ. Caput ſancti Lucæ Euangeliſtæ. Caput ſancti Sebaſtiani marty-



Ayuntamiento de Madrid

ris. Caput ſancti Iacobi. corpora ſanctorum Proceſſi, & Martiniani; & multa aliorum ſanctorum corpora. Sudarium Veronicæ.

In æde ſancti Pauli apoſtoli multa corpora ſanctorum Innocentium. Brachium ſanctæ Annæ. Dimidium corporum ſanctorum Petri, & Pauli apoſtolorum. Corpus ſancti Timothei diſcipuli s. Pauli. Oſſa ſanctorum Iuliani, Celli, & Baſiliſſæ.

In ęde ſanctæ Mariæ maioris, corpus ſancti Matthiæ apoſtoli. Corpus ſancti Hieronymi presbyteri, atque Doctoris. corpora ſanctorum Romulę, & Redemptæ. Brachium ſancti Matthęi apoſtoli. Brachiũ ſancti Lucæ. Brachium ſancti Thomæ prælulis Cantuarienſis. Caput, & brachium ſanctæ Bibianæ uirginis, & martyris. Pręſepe Chriſti Saluatoris.

In æde ſancti Laurentii extra muros, in uia Tyburtina, corpora ſanctorum Stephani, & ipſius Laurentii Leuitarum.

In ęde ſanctorum Fabiani, & Sebaſtiani martyrũ. Corpora ipſorum, & ſancti Stephani Papæ, & martyris. Sanctę Lucinę uirginis, quę Sebaſtianum ſepeliuit. Et aliorum ſanctorum corpora complura.

In ęde ſanctę Crucis in Hieruſalem corpora ſanctorum Anaſtaſii, & Cęſarii martyrum. De ligno ſanctę crucis. Spongia. Duę ſpinæ de corona Chriſti. Clauus, unus ex tribus De ligno crucis boni latronis. Et iſthęc ſunt quidem ſeptem Templa Romę pręcipua. Titulus.

In ęde ſanctę Marię trans Tyberim. corpora ſanctorum Calliſti, & Innocentii Pontificum ipſius Tẽpli fundatorum. Item s. Iulii Papę. ſancti Quirini epiſcopi.

In ęde ſancti Chryſogoni. Brachiũ ſancti Iacobi; ſcapula ſctĩ Andrę Apoſtol . Caput s. Chryſogoni in

Ayuntamiento de Madrid

In ęde ſanctæ Cæciliæ uirginis, & martyris trāſ Tyberim corpora ipſius ſanctæ Cæciliæ. Sanctorū Tyburtii, & Valeriani martyrū. Item ſanctorū Lucii primi Papæ, & Maximiani.

In æde ſancti Bartholomęi in inſula. Corpus ipſius ſancti Bartholomæi apoſtoli. Corpora ſanctorum Paulini, Alberti, Marcelli, & Superantii.

In æde ſancti Nicolai in carcere tulliano, una ex coſtis ſancti Matthæi apoſtoli. Manus ſancti Nicolai. Brachium ſancti Alexii.

In æde ſancti Georgii. Caput ipſius. Item uexillum & lancea eiuſdem.

In æde ſanctę Sabinæ montis Auentini, corpora ſanctorum Sabinæ, Theodori, & Alexandri Papæ.

In æde ſancti Alexii dicti montis. Corpora ſanctorum Bonifacii martyris; ipſius Alexii, Hermetis martyris, & aliæ reliquię.

In æde ſanctæ Balbinæ. corpora ipſius Balbinæ. ſancti Quirini, & duarum uirginum.

In æde ſancti Gregorii, q̃ eſt Abbatia. Brachium ſancti Gregorii primi papæ. Crus S. Pantaleonis.

In æde ſanctorum Ioannis & Pauli martyrum, in Cœlio monte, corpora eorundem martyrum.

In ęde ſanctorum Petri, & Marcellini. de reliquiis ipſorum martyrum, & aliorum.

In æde ſancti Clementis Papæ, & martyris, corpus eiuſdem Pontificis.

In æde ſanctę Mariæ noua, corpus ſancti Nemaſii tribuni, patris ſancti Iuſtini. Sancti Symphoriani. ſancti Olympii, ſancti Exuperii. ſanctę Lucillę. & multę reliquiæ ex cœmeterio Calliſti.

In ęde ſanctorum Coſmæ, & Damiani martyrū. Corpora eorundem, & aliorum multorum ſanctorum, per Gregorium primum Papam.

in

Ayuntamiento de Madrid

In ęde carceris B. Petri apoſt. iuxta Capitoliũ. Corpora ſanctorũ Proceſſi,& Martiniani martyrũ.

In æde ſancti Hadriani, iuxta Capitolium. Corpora ſanctorum Marii,& Marthæ. Reliquiæ S. Hadriani; corpora trium Puerorum.

In æde ſancti Marci in regione Pineę. Multæ ſanctorum reliquię.

In ęde ſanctorum Apoſtolorum in regione Columnę. Corpora ſanctorum Philippi,& Iacobi Apoſtolorũ. Eugeniæ uirginis. Sabini martyris,& aliorum martyrum. Pes ſancti Philippi. brachium ſancti Iacobi Zebedæi. coſta ſancti Laurentii. brachiũ ſancti Blaſii.

In æde ſancti Marcelli, in regione Tregi. Corpora ſanctarum Dignę,& Emeritæ, uirginum,& martyrum. brachium ſancti Matthęi apoſtoli.

In æde ſancti Syluestri, in regione Colũnę. multa corpora ſanctorũ, & ſanctarũ. caput ſancti Ioannis Baptiſtę,& eſt Cœnobium uirginum.

In æde ſancti Laurẽtii in Lucina, in regione Campi Martii Craticula ſancti Laurentii martyris, cum aliquot eius Reliquiis. Corpora ſanctorum Alexandri Papę, Euentii, & Theodoli martyrũ. Itẽ Seuerinę, Pontiani; Euſebii, Vincentii, Peregrini,& Gordiani,& aliæ multæ Reliquiæ.

In ęde ſancti Auguſtini dictę regionis. Sepulcrũ ſanctę Monichæ matris ipſius Auguſtini. Caput ſanctę Monichę: caput ſanctæ Ruffinæ.

In ęde ſancti Apollinaris. Corpora ſanctorum Euſtratii, Nardarii, Eugenii, Oreſtis,& Euentii martyrum.

In æde ſanctæ Mariæ de populo. Multæ ſanctorum Reliquiæ.

In æde ſanctæ Bibianæ ad Vrſum pileatũ ſepulta iacens

Ayuntamiento de Madrid

iacent quinque milla martyrum.

In æde ſancti Euſebii, multa corpora ſanctorum.

In ęde ſanctę Praxedis. Corpora ſanctorum Valẽtini, & Zenonis marty. Columna Chriſti, & multa ſanctorũ martyrũ corpora per Praxedem tumulata.

In ęde ſancti Martini in montibus, corpora ſanctorum Sylueſtri Pręſulis, & beati Martini. Item ſanctorum Fabiani, Sebaſtiani, & Sotheris martyrum, ac Pontificum, & alia ſanctorum corpora.

In ęde ſanctorum Quirici, & Iulirę martyrum. Reliquię plurimorum martyrum.

In ęde ſanctę Saſannę in Terminis, corpora ipſius Suſannę, & Patris eius.

In æde ſanctę Potentianę, Tria millia corpora martyrum.

In ęde ſancti Laurentii in Paliſperna. Locus eſt martirii, ubi aſſatus eſt ſanctus Laurentius. Sepulcrũ ſanctę Brigidę. brachium ſancti Laurentii, & alię ipſius reliquię.

In ęde ſanctę Euphemię. Puteus, in quem ipſa proiecta eſt.

In æde ſancti Petri ad uincula. corpora ſanctorum Machabeorum Catenę.

in ęde ſanctę Marię de Aracęli. Sepulcrum ſanctę *Helenę*. corpora ſanctorum Abundii, Arthemii, & Abundantii.

In ęde ſanctorum Angelorum. corpora ſanctorum Symphoroſę, & ſociorum.

In ęde ſanctę Marię ſuper Mineruam. Reliquię ſanctorum Abraam, Iſaac, & Iacob. Item Danielis Prophetę, & aliorum.

In templo Panteon, Quod dicitur ſancta Maria Rotunda, corpora ſanctorum Raſii, & Anaſtaſii.

In ęde ſancti Euſtathii. De ligno ſanctę crucis. De ſpinea

ſpinea corona. De reliquiis ſancti Euſtathii, Theopiſtæ uxoris. Theopiſti, & Agapeti filiorum.

in æde ſanctæ Marię montis Cœli. corpus ſanctæ Nymphę uirginis. corpus ſancti Manciliani epiſcopi, & aliæ reliquiæ.

in æde ſancti Martinelli. De Tunica Chriſti.

in æde ſancti Blaſii. Annulus, quo ipſe utebatur.

in ęde ſanctæ Barbaræ. De capite, & uelo ipſius, & multæ aliorum reliquię.

in ęde ſancti Laurentii in Damaſo. Plurimę ſanctorum reliquiæ.

in ęde ſancti Blaſii de Panneta. De ligno ſanctæ crucis. De ueſte beatæ uirginis. De reliquiis ſancti Blaſii, & aliæ.

in æde ſancti Spiritus, brachiū ſancti Andreæ. Digitus ſanctę Catherinę. & plures aliæ reliquiæ.

in æde ſancti Pancratii, per portam Auream, extra muros, trans Tiberim, corpus ſancti Pācratii epiſcopi, & martyris. corpus ſancti Pācratii militis, & martyris. corpus s. Victoris martyris. corpora ſanctorū Malchi, & Modiani martyrum. corpus ſanctę Sotherę uirginis. Sepulchrum beati Calliſti Papæ, qui tralatus eſt ad ſanctam Mariam trans Tyberim. Et multa corpora ſanctorum martyrum, & uirginum.

*Venetÿs.*

IN templo Metropolitano s. Marci Euāgeliſtæ. corpus ipſius s. Marci, olim ex Alexandria Aegypti trāſuectū. corpus s. Iſidori, ex inſula Chio tralatū.

in æde ſancti Petri iuxta caſtellum, corpora ſanctorum Sergii, & Bacchi.

in æde s. Danielis prophetę; corpus s. Ioānis martyris Ducis Alexandriæ, indidem portatum.

in ęde ſancti Ioannis Baptiſtæ de Bragola corpus s. Ioannis Eleemoſynarii, Patriarchę Alexandrini,



Ayuntamiento de Madrid

ex Alexandria traſuectum.

in æde s.Antonii. Corpus ſancti Sabę abbatis, ex oppido Acri Syriæ tranſuectum.

in æde ſanctæ Trinitatis corpus ſancti Anaſtaſii monachi.

in æde ſencti Zachariæ, corpus ipſius s.Zachariæ patris s.Ioannis Baptiſtę.corpus s.Gregorii Nazianzeni Patriarchæ Conſtantinopolitani ex Conſtantinopoli tranſuectum.corpus s.Theodori cõfeſſoris, ex inſula Samo tralatum.Corpus ſanctæ Sabinæ martyris corpus s.Tharraſii Eremitæ ex Romania, delatum.corpus ſancti Licerii martyris.

in æde ſancti Laurentii.corpora ſanctorum Ligorii, & Barbari martyrum.corpus s. Pauli epiſcopi tranſportatum ex Conſtantinopoli.

in ęde s.Sebaſtiani, iuxta ſanctum Laurentiũ, corpus cuiuſdam beati p̃sbyteri ex s.Ioãne Decollato.

in ęde ſanctę Marinæ uirginis, corpus ipſius s.Marinę ex Gręcia delatum.

in ęde s.Saluatoris.corpus s.Theodori martyris ex Conſtantinopoli.

in ęde ſancti Paterniani, corpora ſanctorum Gordiani, & Epimachi martyrum, ibi reperta.

in ęde s.Iuliani martyris.corpus s. Floriani martyris ex Gręcia.corpus ſancti pauli primi Eremitę, abſque capite.

in ęde ſancti Canciani.corpus ſancti Maximi epiſcopi, & martyris.

in æde ſanctę Mariæ Cruciferorum.corpus ſanctę Barbaræ Virginis, & martyr.

In ęde ſancti Hieremię.Corpus ſancti Magni epiſcopi Altinenſis.

In æde ſanctę Lucię. Corpus ipſius ſanctæ Lucię Virginis, & martyris, quòd è Syracuſis Byzantium,

& inde

Ayuntamiento de Madrid

& inde Venetias delatum eſt.

In ęde ſanctorum Geruaſii, & Protaſii; corpus ſancti Chryſogoni martyris, quod ex Iadere, quę Zara ſt, fuit tranſuectum.

In ęde ſancti Nicolai de Mendiculis Corpus ſancti Nicetii martyris.

In æde ſancti Raphaelis, corpus ſanctæ Nicetæ, ex Nicomedia.

In ęde ſancti Baſilii, Corpus ſancti Conſtantii confeſſoris, ex Ancone.

In ęde ſancti Apollinaris, corpus ſancti Ionę prophetę.

In ęde ſancti Simeonis magna. Oſſa ſancti Simeonis ex Cōſtātinopoli. corpus ſancti Hermolai presbyteri, & martyris, ex Nicomedia delatum.

In ęde ſancti Nicolai de Lio. corpus ſancti Nicolai epiſcopi Myrrhenſis, & corpus ſancti Nicolai eius patrui. Corpus ſancti Theodori Archiepiſc. ex Myrrhea urbe.

In æde s. Helenæ. corpus ipſius s. Helenę matris Conſtantini Imperatoris.

In æde ſancti Georgii maioris. corpus s. Stephani martyris. corpus ſancti Pauli martyris, & Ducis Conſtantinopolis. Oſſa ſanctorum Coſmi, & Damiani martyris. corpus ſancti Coſmæ confeſſoris, ex Byzantio.

In Monaſterio ſancti Seruuli. corpus s. Leonis epiſcopi Metrones, inde tralatum.

In æde ſancti Clemētis corpus ſancti Aniani Patriarchæ Alexandrini, qui ſancti Marci Diſcipulus fuit, indidem portatum.

In æde ſancti Secundi martyris. corpus eiuſdem, ex Aſtio delatum.

In æde s. Mariæ apud Muranum. corpus s. Donati

Ayuntamiento de Madrid

ti epiſcopi.corpus s.Gerardi epiſcopi Morauiæ, & mart.Veneti ex Vngaria,ubi paſſus eſt, tralatum.

In æde ſancti Albani,apud Muranũ. corpus ipſius ſancti Albani epiſcopi.& martyris,in medio duorum corporum,ſcilicet ſancti Vrſi martyris,& ſancti Dominici Eremitæ ex Armenia tralatorum.

In æde ſanctę Mariæ de Torcello. corpus ſancti Heliodori Altinenſis epiſcopi,ex Altino tralatum.

In tẽplo cathedrali.corpus ſanctæ Fuſchæ Virginis,& martyris,olim ex Aquileia ſubuerſa receptũ.

In ęde ſancti Antonii apud Torcellũ.corpus ſanctæ Chriſtinę Virginis, & mart. ex Tyro Italiæ urbe,ad Lacum Vulſinium poſita,exportatum.

In ęde apud Gradum,corpora ſanctorum Hermagorę,Aquileiæ Patriarchæ,& Fortunati eius Archidiaconi,ex Aquileia.

In ęde ſanctæ crucis in Vico Iudaico.corpus ſancti Athanaſii Patriarchæ Alexandrini.

In æde cathedrali Plutii,quę Vulgo.Chiogia, dicitur corpora ſanctorum Felicis,& Fortunati martyrum,ex Aquileia.

in ęde ſancti Rocchi cœnobio Minorum, corpus ſancti Rocchi ex Narbonenſi Gallia anno Domini. 1485.ſublatum.

*Piſis in Hetruria.*

IN templo maiori quieſcunt corpora ſanctorum Gamalielis,eiuſq; filii Abibonis. Fuit autem Gamaliel Pauli præceptor, Chriſti diſcipulus,q. corpora ſanctorum Stephani Protomartyris, & Nicodemi nepotis ſui,in prędio ſuo ſepelierat uigeſimoſecundo milliario ab Hieruſalem;In quo ſepulcro ipſe poſtea cum Abibone filio conditus fuerat. Quorum corpora tẽpore Honorii imperatoris à Luciano

Ayuntamiento de Madrid

no presbytero Eccleſiæ caphargamalenſis Dioceſis Hierolomitanę reperta ſunt;ut per eius Epiſtolam conſtat.

*Patauij,ut Blondus ſcribit.*

IN Tēplo ſanctæ Iuſtinæ ſunt corpora ſancti Lucę Euangeliſtę. Sancti Proſdocimi epi. ſancti Maximi. ſanctæ Felicitatis. ſancti Matthiæ. & ipſius ſanctæ Iuſtinæ Virginis,& martyris.

*Apud Parentium Iſtriæ.*

IN eccleſia cathedrali. corpora ſanctorum Demetrii,& Iuliani. corpora ſanctarum Bertę,& Acolytæ. Hinc ablata dicuntur a Genuenſibus, corpora ſanctorum Mauri,& Eleutherii.

*Apud Iaderam.*

COrpus ſancti Simeonis Prophetæ,qui Chriſtum Templo pręſentatum in Vlnis ſuſtulit,& cāticū Nunc dimittis,cecinit.

*Bamberga in Germania.*

HIc ſeruantur corpora Henrici imperatoris, & Cunegūdis uxoris. Othonis pſulis. ſancti Theodori martyris. Briccii, Herculani, & Remacli confeſſorum. Iſaac monachi. Hermetis martyris. Dulciſsimi, & chariſsimi martyrū Pii, caii,& Ioannis ſummorum Pontificū, & martyrum. Vexillum ſancti Georgii martyris. Gladius ſancti Petri, quo aurem Malcho abſcidit. Duæ ex illis ſex Hydriis, in quibus aqua in Vinum uerſa eſt a Domino.

*In diuerſis locis.*

GEnuæ ſeruatur catinum ſmaragdinum, in quo Dominus,cum apoſtolis cœnauit.

Florentię digitus ſancti Ioannis Baptiſtę, quo Agnum Dei monſtrauit.

Norimbergę,corpus s.Sebaldi regia ſtirpe orti.

Coloniæ;corpora Trium Magorum.



Ayuntamiento de Madrid

Treueris, corpus ſancti Matthiæ apoſtoli, ſancti Materni ipſis ciuitatis epiſcopi. Item Tunica Chriſti inconſutilis.

Scamorio Sabaudiæ oppido, Sindon Sepulchri cum effigie chriſti impreſſa.

Pragæ in Boemiæ. corpus ſancti Viti.

Mideburgi; corpus ſancti Florentii martyris.

Patauię in Germania, corpus ſancti Valentini martyris, & ſancti Maximiliani epiſcopi.

Traiecti in Hollandia, corpus ſancti Conradi epiſcopi, & ſancti Lamperti epiſcopi, & martyris.

Apud Teurem, propè Aquiſgranũ, caput s. Annę.

*In Sicilia.*

CAtanæ in magna eſt ueneratione corpus beatæ Agathę uirginis, martyris.

Panormi corpus beatæ Chriſtinæ Virginis & martyris.

Leontini corpora ſanctorum Alphii, Philadelphii, & Cyrini martyrum.

Argyræ corpus beati Philippi presbyteri.

Caſtello bono caput s. Annæ matris beatę Virginis in arce oppidi eiuſque Sacello. Itẽ corpus beati Guillelmi cõfeſſoris in cęnobio s. Mariæ de Partu.

Neſi, ſeu Naxi corpus beati Canonis monachi.

Frazanone uilla, Reliquię beati Laurentii presbyteri.

Meſſanæ, reliquiæ beati Alberti in cœnobio carmelitano; & alibi alię. Item in cęnobio Mõtis Virginum corpus beatæ Euſtochii Virginis.

*Apud Rhodum olim, nunc Melitæ.*

CRux ferrea confecta ex lebete, in quo Chriſtus apoſtolorum pedes lauit. Duæ ſpinę ex corona Domini. Triginta, qui Numibus Iudas Dominũ

uendidit. De ligno ſanctæ Crucis. Caput S. Philomenæ uirginis. Brachiũ ſancti Blaſii martyris. Brachium ſancti Stephani protomartyris. Brachinm S. Ioannis Baptiſtæ. Brachiũ S. Thomæ Apoſtoli. Brachiũ s. Leodarii epiſcopi. Caput ſanctæ Euphemię uirginis, & mart. Caput ſancti Policarpi epiſcopi. Caput unius ex undecim milibus uirginum. Manus ſanctæ Claræ uirginis. Manus s. Annę matris beatę uirginis. Brachiũ ſãctę Catherinę uirginis, & mart.

*Meſſanæ in templo maiori.*

SEruãtur infraſcriptæ reliquię mandato Eugenii quarti põtificis maximi, atque Alphõſi Senioris Regis, ex oppido capitio. trãſportatę per Sãctiũ de Heredia militem, & Arciũ Prouiſorẽ, cuius corpus poſt altare maius dicti templi tumulatũ iacet, Martii uigeſimo octauo, Indictione decima tertia, anno Domini 1437.

De ligno ſal utiferæ Crucis domini noſtri.

Particula ueſtimenti eiuſdem, & aliæ beatæ uirginis matris eiuſdem.

De capillis eiuſdem beatę uirginis.

Fructum Palmæ, cœlitus in eius exequias allatæ.

De Reliquiis beatorum Apoſtolorũ, Petri, Ioannis, & Andreæ.

Brachiũ s. Pauli apoſto. Digitus s. Iacobi apoſt.

De reliquiis beatorũ Stephani ꝓtomartyris, martyrumq́; Laurentii, Chriſtophori, Georgii, Mercurii, Hippolyti, Blaſii, Clemẽtis, Euſtathii, Sebaſtiãi Coſmę, & Damiani. Confeſſorumque Pauli primi Eremitę, Antonii, Macarii, Nicolai, Leonardi, Siſti. Brachium Antiſtitis Nicolai cõfeſſoris. Sãctarũq; uirginũ, & martyrũ Catherinę, Margaritę, Barbaræ, Anaſtaſiæ, & Brigidę. Omnes autem cryſtallinis, aut aureis, & argenteis thecis exornatę.



Ayuntamiento de Madrid

Item Brachiũ ſancti Martiani epiſcopi Syracuſani.

*In cœnobio Saluatoris, Archimandritæ, nunc in adem Miſericordia tralata. Reliquia hic notata.*

DE Ligno ſanctę crucis, tria fruſta.
Caput ſancti Ioannis Chriſoſtomi.
Caput ſancti Philareti martyris.
Capita, ſiue Cranea ſanctorũ Alphii, Philadelphii, ac Cyrini martyrum.
Brachium ſanctæ Agathæ.
Humerus ſanctæ Barbarę. Humerus ſanctę Hieroſolimę.
Ex oſsibus ſancti Blaſii epiſcopi, & martyris.
Ex oſsibus ſancti Nicolai epiſcopi. Coſta ſancti Pantaleonis martyris.
Pollex ſancti Chriſtophori martyris.
De oſsibus S. Neſtoris mart. De oſsibus s. Venerįs uirginis, & mart.
De neruis Manus ſanctæ Annę.
Sanguis coagulatus ſancti Demetrii martyris.
De uirga Aaron fruſtum.

*In cœnobio ſancti Placidi congregationis Caſinenſis Iuxta Meſſanam Reliquia ſacre.*

DE ligno ſanctę Crucis. Manus ſanctę Barbaræ.
De Faſcia Domini noſtri Ieſu Chriſti adhuc infantis.
Cingulum ſanctę Marię magdalenę, quo in deliciis utebatur.
Os clauiculę ſancti Dionifii Areopagitæ.
Vertebra, ſeu ſpondylus Colli ſancti Ignatii.
Duo ex digitis ſanctorum Ioannis, & Pauli.
Os frõtale s. Georgii. Digitus unus s. Stephani,
Innocentum ſanctorum aliquot Reliquiæ.
Molaris dens ſancti Chriſtophori. Dens unus ſanctæ Catherinæ.



Ayuntamiento de Madrid

Sancti Viti Tibia una, ſiue illa ſit brachii, ſiue cruris, incertum.

Os Patellæ genu ſancti Theodori.

Os brachii ſancti Mercurii. Et alię multæ.

Omnes antiquiſsimo argẽto cõtectę, atque inſcriptę ſub literarum Hebraicarum, Græcarum, & Latinarum ſculptura. Atque fuiſſe dicuntur olim templariorum equitum, quibus in prelio utebantur.

*Apud ciuitaetm Parmæ.*

IN eccleſia cathedrali Parmẽſi. Corpus ſancti Herculiani martyris. Cuius feſtiuitas celebrat quinta Septembris.

Item corpora ſanctorum Abdõ & Sennen. martyrum, quorum feſtiuitas agitur trigeſima Iulii.

Item corpus ſanctæ Pudentianæ uirginis, cuius feſtiuitas eſt, decimanona Maii.

Item medietas corporis s. Nicomedis martyris cuius translatio celebratur prima Iunii.

Item quatuor corpora ſanctorum Innocentium martyrũ, agitur uigeſima octaua Decembris eorum feſtiuitas.

Item corpora ſanctorum Ciriaci, Maximi, Archelai. Et Aureæ mar. feſtiuitas eorũ eſt octaua auguſti.

Item corpus ſancti Agapiti mart. celebratur decima octaua Auguſti.

Item corpus s. Bernardi epiſcopi Parmenſis, feſtiuitas celebratur quarta Decem.

Item corpus S. Ioannis Collabitæ confeſſoris, celebratur uigeſima ſeptima Februarii.

Item in Eccleſia S. Ioannis Euangeliſtæ, corpus ſancti Ioannis primi Abbatis illius Cœnobij, celebratur uigeſima ſecunda Maii.

Item corpus ſanctæ Felicitatis mart. cũ filio ſuo Vitali mart. eorum feſtiuitas eſt decima Iulii.



Ayuntamiento de Madrid

In eccleſia Monialium s. Alexandri, corpus eiuſdem ſancti Alexādri papæ mart. agitur eius feſtiuitas tertia Maii.

In eadem Eccleſia corpus s. Bertoldi confeſſoris, celebratur uigeſima prima Octobris.

In Eccleſia s. Pauli corpus ſanctæ Feliculæ uirgin. mart. celebratur decima tertia Iunii.

In ſancto Tyburtio, corpus eiuſdē ſancti Tyburtii. Et ſanctæ Suſannæ mart. Eorum feſtiuitas eſt undecima Augusti.

In eccleſia s. Bartholomei. corpus ſanctæ Sabinę mart. celebratur trigeſima Auguſti.

IN Territorio Parmenſi in Abbatia Cauanę, corpus ſancti Baſilidis mart. Eius feſtiuitas eſt duodecima Iunii.

Item in oppido Cornelii corpora ſanctorum Lucii, & Amantii marty. horum ſolemnia aguntur ſexta Iunii.

Itē in opido Barceti corpus S. Moderāni epiſcopi cōfeſſoris, celebratur uigeſima ſecūda Octobris.

In eodem loco corpus S. Abundii Diaconi mart. agitur decima Decembris.

Item in caſtro Burghi S. Domini corpus eiuſdem ſancti Domini, huius feſtiuitas eſt nona Octobris.

In eodem loco. & in ipſa die corpus ſancti Giſlerii confeſſoris.

Faltan los Folios:
57 y 64 (dias
5, 6, 7, 8, 27, 28 y 29
Agosto =

Ayuntamiento de Madrid